
HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.

Königliches Gymnasium zu Cassel,

genannt **Lyceum Fridericianum.**

Programm

vom Schuljahre 1885|86

als

Einladung zu der am 22. März 1886

abzuhaltenden

öffentlichen Schulfeier des Geburtstages

Sr. Majestät des Kaisers und Königs.

Inhalt: 1) De coniunctivi et optativi usu Thucydideo. Vom ord. Lehrer Dr. Adolf Lange.
2) Schulnachrichten von dem Gymnasial-Direktor.

Cassel 1886.

Druck von Ludwig Döll.

1886 Progr. Nr. 355.

De coniunctivi et optativi usu Thucydideo.

Scripsit

Adolfus Carolus Lange,

Phil. Dr.



Suum cuique scriptorum veterum esse sermonem nec quae in grammaticis traduntur leges dicendi ab omnibus uno eodemque modo esse observatas satis superque historica quae vocatur artis grammaticae tractandae ratio docuit. Ut autem recte intellegatur, quomodo alicuius linguae sermo paulatim ac pedetentim excultus mutatusque sit, accuratissima pervestigatione singulorum scriptorum dicendi generis opus est: neque vero de cuiusquam scriptoris dicendi genere recte poterimus iudicare nisi singulis orationis partibus diligenter pertractatis. His tantum fundamentis iactis grammatica historica veram imaginem praebebit. Quae cum ita sint, ut pro mea parte quantulamcunque stipem afferam, quoniam nemo hucusque, quantum equidem sciam, varios coniunctivi et optativi a Thucydide adhibiti modos omnibus locis illius principis historicorum Graecorum collatis tractavit, horum modorum usus Thucydideus [1]) haud videtur indignus esse, in quem diligentius inquiratur.

Ac primum quidem de coniunctivo, deinde de optativo agamus.

CAP. I.

De coniunctivi usu Thucydideo.

Propria coniunctivi vis ea est, ut animum in re ad effectum adducenda defixum significet [2]): nam, ut recentiorum grammaticorum artis vocabulis utar, coniunctivus inter indicativum, modum

[1]) Non respicienda putavi praeter poetarum locos Thuc. operi insertos capita III, 84, otiosi alicuius hominis additamentum, V, 77 et 79, quae dialecto Dorica conscripta sunt, denique pauca illa verba in exeunte libro VIII ab interpolatore adiecta.

[2]) Cf. Bäumleinium, qui in libri sic inscripti »Untersuchungen üb. die griech. modi u. die partik. κέν u. ἄν » Heilbr. 1846. pag. 35 coniunctivi notionem sic definit: »tendenz zur wirklichkeit«; idem pagg. 1—9, 14 sq. sagacissime exposuit falsum esse grammaticorum veterum de coniunctivo iudicium, qui eum ὑποτακτικὴν ἔγκλισιν appellabant, quod semper penderet ab aliquo verbo (cf. Dion. Thr. in Bekk. Anecd. II, p. 638 et schol. ad Dion. p. 884: λέγεται ὑποτακτική, ὅτι ὑποτάσσεται μορίοις τῷ ἵνα καὶ τῷ ὄφρα καὶ τῷ ὅπως·), quorum vestigiis etiam Godofr. Hermannus, emendandae rationis grammaticae princeps atque auctor, ita institit, ut ubicunque verbum, e quo penderet coniunctivus, abesset, illud per ellipsin omissum esse diceret (cf. de emendand. rat. gramm. Gr. p. 206—7); falso praeterea ipsum Hermannum aliosque modorum Graecorum discrimina e Kantii categoriis modalitatis quae vocantur explicare studuisse.

obiectivum, et optativum, modum subiectivum, in medio positus ibi adhibetur, ubi de voluntate subiectiva ad realitatem obiectivam perducenda agitur. Duo autem sunt genera coniunctivi: aut enim voluntatis notio aperte exprimitur aut res, in quam ad effectum adducendam animus conversus est, ita tantum mente comprehenditur, ut coniunctivus exspectandi notionem accipiat: illum igitur coniunctivum volendi, hunc exspectandi aptissime appellaveris[3]): illuc pertinet coniunctivi usus adhortativus, deliberativus, finalis, huc futuralis apud Homerum coniunctivus et is, qui in enuntiatis relativis, temporalibus, condicionalibus reperitur: illi ἄν nunquam, huic semper fere additur.

A. De coniunctivo volendi.

I. De coniunctivo in enuntiatis liberis posito.

In enuntiatis liberis coniunctivus non nisi aut ad adhortandum aut addita particula prohibitiva μή ad prohibendum vetandumque a Thucydide adhibetur: coniunctivi deliberativi in libero enuntiato positi nullum exstat exemplum.

1. Coniunctivi adhortativi

una 1. pers. pl. (praes. et aor.) invenitur nullo usquam adhortandi vocabulo (velut ἄγε, φέρε) adiecto: I, 82, 1. 83, 3 bis. 84, 4. ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζώμεθα: quam meliorum codd. scripturam alteri, quae in nonnullis mss. traditur παρασκευαζόμεθα praeferendam esse satis ostendunt sequentia eiusdem § verba ἔχειν δεῖ τας ἐλπίδας. — 86, 5. 122, 2. 124, 3 ter. 144, 2. IV, 20, 2 ter. 63, 1 ter; ib. 2. V, 10. 5. VI, 18, 4. 34, 1 quater; ib. 3. VII, 68, 1 bis.

2. Notione prohibendi addita particula μή adhibetur:

a) 1. pers. pl. (praes. et aor.): I, 73, 2. 81, 6. 83, 3. 85, 1 bis. 86, 5. III, 9, 2. 30, 4. 67, 6.

b) imperativi vice aoristi coniunctivus[4]):

α) 2. pers. pl.: I, 78, 1. 82, 4. 140, 4. II, 89, 5. III, 14, 1. 39, 6. 40, 7. V, 9, 10. VI, 12, 2. 87, 5.

β) 3. pers. sing.: I, 42, 1. 69, 6 μηδεὶς νομίσῃ: idem 140, 4. III, 13, 5. — II, 64, 2. III, 39, 6. IV, 85, 2. 95, 2. VI, 18, 6. 33, 4. 84, 1. 89, 3. VII, 12, 3.

μή cum imperat. praes. contra exstat: 2. pers. pl. I, 42, 4. 43, 3. 84, 1. 86, 5. 124, 1. II, 43, 4. 64, 1 bis; ib. 6 bis. 72, 1. III, 64. 2. V, 103. 2. VI, 17, 2. 87, 1 et 3. VII, 63, 4. — 3. sg.: I, 83, 1. 86, 4. IV, 10, 1. 62, 3. V, 18, 4 et 5. 47, 2. VI, 91, 4. VIII, 18, 2. Eodem videtur pertinere I, 129, 3 καί σε μήτε νὺξ μηθ' ἡμέρα ἐπισχέτω: nam neque usquam imperat. aor. cum μή coniunctus exstat apud Thucyd. et III, 45, 4 praesens ἐπίσχω invenitur, ita ut praestare videatur ἐπισχέτω pro praesentis imperativo haberi.

μή cum imper. perf. pass. adhibetur: I, 129, 3 μηδὲ κεκωλύσθω. VI, 17, 1 μὴ πεφοβῆσθε. VII, 77, 4 μὴ καταπέπληχθε.

---

[3]) Cf. B. Delbrückii libr. qui inscribitur »Der gebrauch des conjunct. u. opt. im Sanskrit u. Griech.« Halis Sax. 1871 p. 17 sq. — Akenius in libri quem inscripsit »Die grundzüge der lehre von tempus u. modus im Griech. historisch u. vergleichend aufgestellt.« Rost. 1861 § 39 exspectandi notionem originalem coniunctivi esse dicit: sed hoc ad alterum tantum coniunct. genus quadrat: neque enim video, quomodo e gr. usus adhortativus ex illa exspectandi notione explicari possit.

[4]) Quantum differat inter μή cum imper. praes. et coniunct. aor. copulatum, sat multis explicant Bäumleinius l. l. p. 172 sq. et Leop. Schmidtius »de tractandae synt. Graec. ratione commentatio« in ind. lect. acad. Marb. sem. aest. a. 1870 p. 4—5. — Ceterum ut hic, ita in seqq. ea tantum exscribam, quae haud saepius apud Thuc. exstant aut de quibus aliquid adiciendum videtur.

II. De coniunctivo in enuntiatis pendentibus posito.

1. *De coniunctivo deliberativo.*

Deliberativum coniunctivi usum proprie ad primam personam pertinere apparet. Quoniam vero ex consuetudine sermonis Graeci est, ut quae structura in libero enuntiato est, eadem in pendenti retineatur, saepe altera tertiaque persona reperiuntur ex verbo praecedente pendentes, ubi in interrogatione recta quae vocatur prima persona ponenda foret. Thucyd. tertiam modo personam et sg. et pl. usurpavit: in enuntiato libero semper tempus historicum positum est (semel praes. hist. IV, 28, 4):

I, 63, 1 *ἠπόρησε, ὁποτέρωσε διακινδυνεύσῃ χωρήσας*: quae codd. Pal., It., Laur. scriptura probatur ab editoribus excepto Classenio, qui Vat. secutus *διακινδυνεῦσαι* posuit: hanc scripturam, quamquam, si codicum consensu traderetur, probanda esset, uno codice nixam quod recipiamus, non est: nam omnibus, qui infra afferentur, locis Thucyd. coniunctivo deliberativo post praeteritum usus est. Reliqui codd. praebent *διακινδυνεύσει*. Utrum ind. fut. an coni. aor. praeferendus sit, dubitari potest. Nam et coniunctivus apud Thucyd. a verbo *ἀπορεῖν* pendet I, 107, 6 *νομίσαντες δὲ ἀπορεῖν, ὅπῃ διέλθωσιν, ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς*. IV, 13, 3 *ἀπορήσαντες, ὅπῃ καθορμίσωνται . . ἔπλευσαν*, et ind. fut. III, 109, 1 *ἀπορῶν .. ὅτῳ τρόπῳ ἢ μένων πολιορκήσεται .. ἢ καὶ ἀναχωρῶν διασωθήσεται*. VIII, 80, 1 *ἀπορήσαντες ὁπόθεν τοσαύταις ναυσὶ χρήματα ἕξουσιν*: neque omnino ullum fere discrimen inter ind. fut. et coniunctivum in huiusmodi interrogationibus deliberativis a scriptoribus Graecis videtur factum esse, quoniam saepe inter se mutantur [5]. — II, 4, 6 coniunctivus recte ab editoribus exhibetur: *ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσωσιν . . εἴτε τι ἄλλο χρήσωνται*: nam e melioribus codd. unus Cass. praebet *κατακαύσουσιν* et *χρήσονται*, omnes ceteri coniunctivum: accedit quod prorsus eadem structura legitur, VII, 1, 1 *ἐβουλεύοντο εἴτε .. διακινδυνεύσωσιν ἐσπλεῦσαι εἴτε . . κατὰ γῆν ἔλθωσιν*. — II, 52, 3 *οὐκ ἔχοντες ὅτι γένωνται* (Vat. It. H. Reg. *γένοιντο*: cf. quae ad I, 63, 1 diximus) *ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο*. IV, 28, 4 *οὐκ ἔχων ὅπως τῶν εἰρημένων ἔτι ἐξαπαλλαγῇ, ὑφίσταται τὸν πλοῦν*. 32, 3 *διέστησαν .. τὰ μετεωρότατα λαβόντες, ὅπως .. μὴ ἔχωσι πρὸς ὅτι ἀντιτάξωνται*. V, 65 5 *οὐκ εἶχον ὅτι εἰκάσωσιν*. — III, 112, 6 *τῶν δὲ .. ἀνεπιστημόνων* (sc. *ὄντων*) *ὅπῃ τράπωνται, . . . διεφθείροντο*. VI, 25, 1 *ἔφη χρῆναι .. λέγειν, ἥντινα .. παρασκευὴν Ἀθηναῖοι ψηφίσωνται*: hic quamquam codd. Pal. Aug. Cass. al. *ψηφίσονται* praebent, coniunctivus a Poppone, Krügero, Classenio, Böhmio, Stahlio e reliquis codd. (Vat. Laur. Bas. al.) receptus est, quod hic voluntatis significatio sensu efflagitatur: nam in interrogatione directa procul dubio diceretur *τίνα παρασκευὴν ψηφισώμεθα;*

De optativo semel loco coniunct. delib. posito cf. cap. II B, I, 4, c, *β*.

2. *De coniunctivo in enuntiatis finalibus adhibito.*

Coniunctivus cum indicet animum in re ad effectum adducenda occupatum, aptissimus est, qui adhibeatur in iis enuntiatis, quae consilium loquentis agentisve exprimunt. Antequam coniunctionibus uti consuevere Graeci, duo libera enuntiata, quorum alterum coni. adh. continebat, iuxta ponebantur: cf. quae apud Hom. supersunt reliquiae Il. VI, 340 *ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, Ἀρήια τεύχεα δύω*. Il. XXII, 416—18 *μ' οἶον ἐάσατε .. ἐξελθόντα πόληος ἱκέσθ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, λίσσωμ' ἀνέρα τοῦτον*. Eadem est ratio eorum enuntiatorum finalium, quae a *μή* voce incipiunt [6]): cum

[5]) Cf. de hac re Bäuml. l. l. p. 108 sq. Aken l. l. § 46. Krüger. gr. § 53, 7, ann. 2.

[6]) Cf. Delbrück l. l. p. 21 sq.

enim propria particulae μή vis ea sit, ut is qui loquitur vel agit aliquam cogitationem quasi inimicam defendat a se atque prohibeat, per parataxin olim id enuntiatum, quod μή continet, cum eo quod praecedit coniunctum erat: postea demum, ubi non tam ex psychologicis quam ex logicis rationibus, quomodo singulae sententiae inter se cohaererent, diiudicari coeptum est, altera sententia ab altera pendere est visa et μή particula coniunctionis quodammodo finalis munere fungi. — Proprie quidem coniunctivus in iis enuntiatis ponitur, quae a tempore praesenti (praes. et perf.) vel futuro pendentia praesens consilium exprimunt, quo exsequendo is qui loquitur vel agit occupatur [7]). Verumtamen etiam post tempora praeterita in narratione saepissime reperitur, ita ut is qui narrat suum tempus quodammodo commutet cum praeterito et se eosque qui legunt in mediis quasi rebus ponat invitetque, ut quod consilium olim iis, de quibus narrat, obversatum est, id sibi fingant adhuc durare iamque agi de eo exsequendo [8]).

Ac tria quidem genera enuntiatorum finalium apud Thucyd. reperiuntur: pendet enim coniunctivus

a) a verbo ὅπως.

ὅπως proprie adverbium relativum (= quomodo) esse et iis enuntiatis evincitur, ubi sicut relativum ὅς vel ὅστις cum ind. fut. vi finali coniungitur, et eo, quod nonnunquam apud Atticos, semper fere apud Aristophanem et in vulgari sermone Attico [9]) ὅπως ἄν c. coni. adhibetur (nunquam tamen apud Thucyd.). Sed primaria notio adverbii per saeculorum tempora paulatim oblitterata est, ita ut ad meram consilii significationem converteretur et cum eo modo copulari consuesceret, quo apertissime consilium voluntasque exprimi posset, coniunctivo videlicet. Atque a Thucyd. quidem ὅπως vi finali modo cum coni. modo cum ind. fut. (his e gr. locis: I, 57, 6. 65, 1 fin. II, 99, 1. III, 4, 6. 44, 4. 46, 4. 82, 5. IV, 103, 4. 107, 1. 118, 3. V, 26, 5. 27, 2. VI, 31, 3. 72, 4. 78, 4. 88, 3. VIII, 4. 10, 1. 24, 6. 52, 1. 54, 4. 102, 2) coniungitur, ita ut eluceat, ubi in codd. utraque scriptura, et ind. fut. et coni. aor. sigmatici, qui facile inter se poterant calami lapsu mutari, tradita est, ex codicum auctoritate esse diiudicandum, utrum ind. fut. an coni. aor. sit praeferendus [10]). Quae cum ita sint, coniunctivum puto legendum esse his locis dubiis: I, 19

---

[7]) Cf. Bäuml. l. l. p. 188. — [8]) Cf. Bäuml. l. l. p. 270.

[9]) Cf. Weckleinii curas epigr. p. 41. — De ratione gramm. Bäuml. l. l. p. 217—218.

[10]) Idem Stahlius, qui vir doctus optime de Thuc. textu constituendo et emendando meritus est, indicat in quaest. gramm. ad Thucyd. pertinent. p. 11 (progr. gymn. cath. Colon. a. 1872). — Dawesii auctoritate (Misce. critt. p. 227, 459) falsi fuerunt qui opinarentur ὅπως μή non posse coniungi cum coni. aor. primi (quem aptius Georg. Curtius sigmaticum appellat) activi et medii, sed, ubicunque hoc in codd. traditum esset ind. fut. corrigendum esse: ac longius etiam illo progressi ne simplex quidem ὅπως illos sigm. aor. coniunctivos pati statuerunt cum alii tum Imm. Bekkerus (ita tamen, ut eum non sollicitaret I, 73, 1. II, 67, 2. III, 57, 1. IV, 66, 4. 76, 4) et Cobetus. Qui (in Variis lectt. Lugd.-Bat. 1854 et in Nov. lectt. Lugd.-Bat. 1858) multis variorum scriptorum locis aor. sigm. coniunct. in fut. ind. mutavit: cf. Var. lectt. p. 273 de Thuc. VIII, 109, Nov. lectt. p. 266 et 365: »Nonnumquam ὅπως et ὅπως μή habent coniunctivi aoristum secundum (ὅπως λάβῃ sim.). Quorum autem verborum aor. primus in usu est, eorum futura indicativi cum ὅπως et ὅπως μή coniungi solebant.« Ubicunque igitur coniunctivus aor. sigm. reperitur, librariorum neglegentiam sibi videtur deprehendisse, plane oblitus suum cuique scriptori esse dicendi morem. Sed in Thucyd. opere codicum omnium consensu aor. sigm. coni. post ὅπως traditur hisce locis: I, 73, 1 παρήλθομεν .. ὅπως μὴ .. χεῖρον βουλεύσησθε. II, 67, 2 πείθουσι .. τοὺς ἄνδρας ἐγχειρίσαι σφίσιν, ὅπως μὴ .. βλάψωσιν. III, 8 εἶπον Ὀλυμπίαζε παρεῖναι, ὅπως .. βουλεύσωνται. 31, 1 παρῄνουν .. τῶν πόλεων .. καταλαβεῖν τινα .., ὅπως .. τὴν Ἰωνίαν ἀποστήσωσι. 57, 1 ὁρᾶτε, ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται. 69, 2 ἐβούλοντο .. πλεῦσαι .., ὅπως προφθάσωσιν. 70, 1 ἔπρασσον, ὅπως ἀποστήσωσιν .. τὴν πόλιν. IV, 66, 4

ἡγοῦντο κατ' ὀλιγαρχίαν . . ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες, ubi Bekkerus, si silentio eius fides est, ex codd. Aug. et Laur. πολιτεύσουσι recepit contempta omnium reliquorum codd. auctoritate: Bekkerum sequuntur Krüg. et Class. — 56, 2 τῶν γὰρ Κορινθίων πρασσόντων, ὅπως τιμωρήσωνται, ubi iidem ex iisdem codd. τιμωρήσονται receperunt, codd. Cass. Aug. Pal. plerique alii coniunctivum exhibent. 82, 5 ὁρᾶτε, ὅπως μὴ . . πράξωμεν: obstantibus omnibus aliis codd. ex Laur. et Bekk. Anecd. I p. 162 iidem viri docti πράξομεν hauserunt. — II, 60, 1 ἐκκλησίαν . . συνήγαγον, ὅπως ὑπομνήσω καὶ μέμψωμαι: hic Bekk. uni eique satis mediocri cod. Gr. confisus μέμψομαι scripsit. III, 26, 1 ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσέβαλον, ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι . . ἧσσον . . ἐπιβοηθήσωσιν: sic omnes codd. praeter Vind., m. — VI, 11, 7 ὁ ἀγὼν (sc. ἐστιν) ὅπως πόλιν . . φυλαξώμεθα: sic omnes codd. exceptis Pal., D. — 41, 2 ὁρᾶν (sc. σῶφρόν ἐστιν) ὅπως . . παρασκευασώμεθα: cum codd. Cass. Aug. (cf. Popp. ed. mai.) multi alii coniunctivum praebeant, non video cur Pal. et Vat. secuti editores scribant παρασκευασόμεθα. Omnibus his (praeter extremum) locis Böhmius et Stahlius recte coniunctivum restituerunt. — E contrario ind. fut.[11]) censeo legendum esse: V, 36, 2 Πάνακτον ἐδέοντο Βοιωτοὺς ὅπως παραδώσουσι Λακεδαιμονίοις: nam Cass. Pal. al. παραδώσουσι praebent, Aug. Mosqu. ex hac forma depravatum παραδώσωσι, coni. aor. παραδῶσι soli Vat. It. H.: ceterum de hoc loco difficili cf. Stahlii annot. — VI, 13 1 τοῖς πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύομαι μὴ καταισχυνθῆναι . . ὅπως μὴ δόξει . . μαλακὸς εἶναι: parum recte Krüg. et Poppo δόξῃ probaverunt, quod Laur. habet. VII, 39, 2 πείθει ἀναγκάσαι πωλεῖν, ὅπως . . ἀριστοποιήσονται (sic Cass. Aug. It., ἄριστον ποιήσονται Vat., reliqui ἀριστοποιήσωνται) καὶ δι' ὀλίγου αὖθις . . τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρῶσιν: recte enim Abresch. animadvertit coniunct. ἀριστοποιήσωνται pro meliorum codd. ind. fut. ideo a librariis positum esse, quod ab eodem ὅπως coni. ἐπιχειρῶσι postea pendet: simul hic locus apertissime ostendit, nihil fere discriminis apud Thucyd. esse inter ὅπως c. ind. fut. et ὅπως c. coni. copulatum.

Pendet vero ὅπως c. coni. apud Thucyd.

α) a verbis providendi curandique:

αα) praesens praecedit: I, 82, 5. III, 57, 1. (utroque loco ὁρᾶν ὅπως μή c. coni. aor., cum ὁρᾶν ὅπως c. ind. fut. a Thucyd. coniungi soleat.) VI, 12, 2. 41, 2. VIII, 18, 1 (post κωλύω).

ββ) in narratione vel orat. obl. (hac brevissima significatione semper utar, ut indicem verbum regens vel ipsum esse praes. histor., imperf., aor., plusquamperf. vel pendere a tali praeterito): I, 19 ἡγοῦντο κατ' ὀλιγαρχίαν . . ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες, ubi θεραπεύω verbum ex analogia verbi ἐπιμελεῖσθαι assumit ὅπως, cum VI, 61, 5. VII, 70, 3 cum infin. coniungatur. —

ξυνέβησαν . . τὰ μακρὰ τείχη ἑλεῖν Ἀθηναίους . . ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσιν . . οἱ Πελοποννήσιοι. 76, 4 ἔδει . . ταῦτα ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ γίγνεσθαι, ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσιν . . οἱ Βοιωτοί. V, 45, 3 ταῦτα ἔπρασσε . . ὅπως . . ξυμμάχους ποιήσῃ. VII, 17, 4 ναῦς . . ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας . . ἀποπειράσωσι. 56, 2 τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, . . ὅπως . . κωλύσωσι. VIII, 7 ἀποπέμπουσιν . . ἄνδρας . . ὅπως κελεύσωσι. 48, 4 ἐδόκει . . περιοπτέον εἶναι, ὅπως μὴ στασιάσωσι. 87, 4 ἐμοὶ . . δοκεῖ . . τὸ ναυτικὸν οὐκ ἀγαγεῖν ἀνισώσεως (sc. ἕνεκα) ὅπως μηδετέρους . . ἰσχυροτέρους ποιήσῃ. Elucet igitur spernendum esse istum »canonem« Dawesianum et Cobetianum: an est qui in Thucyd., cuius textus tot tamque bonis libris mss. traditus est, eorum licentiam probandam sequendamque iudicet, qui secundum canones regulasque ab ipsis efficta corrigendos esse scriptores veteres censent quique Graecis Graeciores, ut ita dicam, magisque ipso Thucydide Thucydidei sibi esse sunt visi. Accedit quod nemo intellegit, cur licuerit Thucydidi aor. pass. et aor. thematici (»secundi«) act. et med. coniunctivis sat multis locis uti, aoristorum sigmaticorum activi et medii coniunctivis uti non licuerit.

[11]) Ind. fut. duobus locis Poppo rectissime etiam invitis codd. reposuit I, 57, 6. VIII, 4, ubi e mendoso ἀποστήσωνται correxit ἀποστήσονται, quoniam »defeci« ἀπέστην dicatur, non ἀπεστησάμην.

56, 2. 57, 4. III, *51, 2.[12]), 70, 1. VII, 56, 2. VIII, 48, 4 *ἐδόκει περιοπτέον εἶναι, ὅπως μὴ στασιάσωσι*: de verbi *περιορᾶν* notione cf. IV, 73, 1. VI, 93, 1. 103, 2. VII, 33, 2.

β) a totis enuntiationibus (sicut *ἵνα*):

αα) praecedit perfectum, praes., fut. I, 37, 4. III, 46, 6. 47, 4. IV, 87, 3. V, 85. VI, 11, 7. 22, 1. 34, 1. 36, 2. 87, 2.

Praeterea huc referendi videntur hi loci, ubi aoristus non ad narrandum adhibetur, sed perfecti quasi munere fungitur: I, 73, 1 *παρήλθομεν* (= *ἥκομεν*) *ὅπως μὴ . . χεῖρον βουλεύσησθε*. II, 60, 1 *ἐκκλησίαν . . ξυνήγαγον, ὅπως ὑπομνήσω καὶ μέμψωμαι*.

ββ) in narratione vel orat. obl.: I, 31, 3. 62, 4. 65, 1. 87, 4. II, 3, 3 et 4. 12, 2. 67, 2. 69, 1. 83, 1. III, 8. 22, 8. 26, 1. *31, 1. 49, 2. 69, 2. 70, 5. 71, 2. 74, 2. 75, 2. 81, 1. 85, 4. 105, 3. 107, 3. IV, 8, 5. 32, 3. 66, 4. 68, 5. 76, 4. 120, 2: *διέπλευσε . . τριήρει . . προπλεούσῃ, αὐτὸς δὲ ἐν κελητίῳ ἄπωθεν ἐφεπόμενος, ὅπως, εἰ μέν τινι τοῦ κέλητος μείζονι πλοίῳ περιτυγχάνοι, ἡ τριήρης ἀμύνῃ*: sic Cass. Aug. Pal. Vat. alii: quare, praesertim cum simillimus exstet locus VII, 4, 1 non est, cur optativus *ἀμύνοι* scribatur, quem Bekk. scripsit. V, 45, 3. 82, 5. VI, 42, 2. 71, 2. 73, 2. 74, 2. 75, 1. 96, 1 et 3. 101, 2. VII, 4, 1. 7, 3. 17, 4. 18, 1. 19, 5. 22, 1. 26, 3. 39, 2. 43, 5. VIII, 7. 8, 3. 27, 4. 87, 4. 109, 1.

Variandae orationis causa [13]) Thucydides post *ὅπως* in eodem enuntiato ter optativum et coniunctivum inter se mutat: III, 22, 8 *παρανῖσχον φρυκτοὺς πολλοὺς πρότερον παρεσκευασμένους ἐς αὐτὸ τοῦτο, ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ καὶ μὴ βοηθοῖεν*. VI, 96, 3 *ἑξακοσίους λογάδας . . ἐξέκριναν . . ., ὅπως εἶεν φύλακες καὶ . . ταχὺ ξυνεστῶτες παραγίγνωνται*. VII, 17, 4 *ναῦς . . ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας τε ἀποπειράσωσι . . καὶ . . ἧσσον οἱ Ἀθηναῖοι κωλύοιεν*. Eodem spectat quod post praeteritum *ὅπως* quidem cum coniunctivo, pro *ἐάν* vero *εἰ* c. opt. ponitur: IV, 120, 2 (cf. supra). VII, 4, 1 *ἐτείχιζον . ., ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ δύναιντο κωλῦσαι, μηκέτι οἷοί τε ὦσιν ἀποτειχίσαι*: cf. IV, 32, 3.

De optativi post *ὅπως* usurpati ratione et usu cf. cap. II, B, I, 3, a.

Falso coniunctivus in codd. legitur VII, 70, 1 *οἱ Συρακόσιοι . . κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον καὶ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα, ὅπως πανταχόθεν ἅμα προσπίπτοιεν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὁ πεζὸς ἅμα αὐτοῖς παραβοηθῇ* (nonnulli codd. *παραβοηθεῖ* — vel — *θοῖ*). Grammaticae quidem rationes hic coniunctivo non obstant, sensu expellitur. Nam, id quod recte Arnoldius vidit, absurdum est dicere Syracusanos naves collocasse circa portum, ut copiae pedestres eas adiuvarent, cum supra nihil dictum sit de copiis pedestribus. Quare Classenius et Stahlius merito collatis verbis II, 90, 3 (*ὁ Φορμίων*) *ἔπλει παρὰ τὴν γῆν καὶ ὁ πεζὸς ἅμα τῶν Μεσσηνίων παρεβοήθει*, lenissima medela usi scripserunt *παρεβοήθει*, quam scripturam Dionysius Hal. quoque p. 875 praebet.

Restat ut de uno loco agamus VII, 25, 1, ubi tradita sunt verba: *καὶ αὐτῶν* (sc. *τῶν νεῶν*) *μία μὲν ἐς Πελοπόννησον ᾤχετο πρέσβεις ἄγουσα, οἵπερ τά τε σφέτερα φράσωσιν . . καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἔτι μᾶλλον ἐποτρύνωσι γίγνεσθαι*: quam scripturam Bäuml. quidem l. l. p. 195 collatis verbis Isocr. Paneg. §. 44 *ἑκατέρους ἔχειν, ἐφ' οἷς φιλοτιμηθῶσιν* defendit; contra Godofr. Hermannus (de *ἄν* part. II, p. 12) *ὅπως* pro *οἵπερ* scribi iubet secutus codd. Vat. H., quoniam simplex relativum cum coni. coniunctum vi finali apud scriptores Atticos non inveniatur. Hermannum se-

---

[12]) Asteriscus locum corruptum indicat.

[13]) Cf. Dionys. Hal. de iis, quae Thuc. propria sunt, II, p. 793 et de Thuc. hist. iudic. p. 869 c. XXIV (*τὸ πολυειδὲς τῶν σχημάτων*).

quuntur Krügerus (cf. annot. edit. et analect. critt. I, p. 148), Classenius, Böhmius, Stahlius: cf. quoque Akenium l. l. p. 137. Ac profecto, quoniam nullum in toto Thucyd. opere certum exemplum tam singularis structurae invenitur, quam ab ullo alio scriptore Attico adhibitam esse nemo hucusque pro certo affirmare potuit, et quoniam ne hoc quidem loco omnes codd. inter se consentiunt, videtur praestare cum Vat. H. legere *ὅπως*: quae enim medela facilior Dobraeo est visa, videlicet ut servato relativo *οἵπερ* fut. indicativi pro coniunctivis scribantur, ea ideo minus commendatur, quod utroque loco coniunctivus in codd. exstat, et *φράσωσιν* et postea *ἐποτρύνωσι*.

b) a coniunctione *ἵνα*.

ἵνα vox aeque ac *ὅπως* primitus adverbium relativum fuit: ac locali quidem vi adhibebatur olim, cuius usus, ut prioris aevi scriptores omittam, in Thuc. opere haec e. gr. restant exempla: IV, 48, 6. 74, 1 *ἵναπερ καὶ τὸ πρῶτον ὥρμηντο*. VI, 98, 2 *ἵναπερ καθεζόμενοι ἐτείχισαν τὸν κύκλον*. Ex illa locali notione finalis usus derivatus est [14]). Quantum vero Thucydidis aetate originalis vis coniunctionum detrita fuerit, inde cognoscitur, quod *ἵνα* et *ὅπως* nonnumquam ab eodem verbo ita pendent, ut prorsus pari loco ponantur: cf. I, 37, 4 *τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσιν ἑτέροις προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι*. IV, 87, 3 *νομιῶ προςεῖναι . . μοι . . τὸ εὔλογον, τῶν μὲν Λακεδαιμονίων, ὅπως μὴ τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ . . βλάπτωνται, οἱ δὲ Ἕλληνες ἵνα μὴ κωλύωνται ὑφ' ὑμῶν δουλείας ἀπαλλαγῆναι*. Cf. VI, 22. 87, 2. Ceterum rarius Thucyd. *ἵνα* quam *ὅπως* usurpavit. Exstat *ἵνα*

α) praecedente praes., fut., perf., imper. aoristi: I, 33, 3. 37, 1 et 4. 71, 4. III, 13, 2. 61, 1. IV, 86, 1. 87, 3. V, 9, 2. VI, 18, 4. 22 bis. 78, 2. 84, 2. 87, 2. 89, 1. 91, 5. 92, 5. VII, 67, 4. VIII, 53, 3.

Praeterea huc pertinent loci III, 67, 1 *ταῦτα . . ἐπεξήλθομεν . ., ἵνα . . εἰδῆτε . . καὶ μὴ . . ἐπικλασθῆτε*. VI, 18, 1 *οὐ γὰρ ἵνα δεῦρο ἀντιβοηθῶσι προςεθέμεθα αὐτούς, ἀλλ' ἵνα . . δεῦρο κωλύωσιν αὐτοὺς ἐπιέναι*, ubi aoristus perfecti vice positus est.

β) in narratione vel orat. obl.: I, 44, 2. 99, 3. 132, 5. II, 3, 3. IV, 1, 3. 98, 1. V, 36, 2. 39, 2. 43, 3. VI, 42, 1. 48. 73, 2. 88, 1. VII, 26, 2. 43, 7. VIII, 45, 2. 63, 3. 74, 3. 82, 3. 86, 3. 87, 3. 90, 3 bis. 101, 1.

Coniunctivus et optativus praecedente inf. aor. inter se mutantur VIII, 87, 3 *οἱ μὲν γὰρ* (sc. *εἰκάζουσι τὰς ναῦς οὐκ ἐλθεῖν*) *ἵνα διατρίβῃ . . τὰ τῶν Πελοποννησίων . ., οἱ δὲ ἵνα τοὺς Φοίνικας . . ἐκχρηματίσαιτο ἀφείς*.

De optativo post *ἵνα* multo rarius posito cf. cap. II, B, I, 3, b.

c) a particula prohibitiva *μή*.

α) *μή* = *ἵνα μή*.

Si duae enuntiationes ita inter se cohaerent, ut altera significetur, quo consilio, quem ad finem is qui agit agat, plerumque Thucydidem coniunctionibus *ἵνα* vel *ὅπως*, negative *ἵνα μή*, *ὅπως μή* usum esse supra vidimus; quater autem simplici particula *μή* ita utitur post tempora

[14]) Cf. Aken l. l. p. 114: »Die ganze finale verwendung des *ἵνα* ist nur aus »wohin« erklärlich; . . zudem zeigt sich hieraus, weshalb es schärfer aufs endziel hinweise als *ὡς* und *ὅπως*, die nur weise und richtung (melius »art«) des weges angeben, also zur berücksichtigung von umständen (*ἄν*) geeigneter sind.« p. 113: (*ἵνα* ist) . . »die schärfste finalconjunction, eine unmittelbare hinrichtung der handlung auf ihr ziel bezeichnend.« Minus bene Georgius Curtius originalem vim fuisse instrumentalem, hanc in localem transmutatam esse dicit (in libri qui inscribitur »Erläuterungen zu meiner griech. schulgramm.« Pragae 1875 p. 197), quod quomodo fieri potuerit, haud perspicio, cum e contrario facile sit ad intellegendum, quomodo e locali notione finalis orta sit. Accedit quod localem vim vocis apud vetustiores potissimum scriptores deprehendimus, cum apud posteriores fere prorsus oblitterata sit.

historica: IV, 22, 3 *ὁρῶντες . . οὔτε σφίσιν οἷόν τε ὂν ἐν πλήθει εἰπεῖν, . . μὴ ἐς τοὺς ξυμμάχους διαβληθῶσιν . ., ἀνεχώρησαν.* 80, 2 *τῶν Εἱλώτων βουλομένοις ἦν ἐπὶ προφάσει ἐκπέμψαι, μή τι . . νεωτερίσωσιν.* VIII, 75, 1 *διδαχθέντες, μὴ . . ἀπολέσωσι τὰ πράγματα, ἐπαύσαντο*: hic quominus coniunctivo adhortandi vim tribuamus (= *μὴ ἀπολέσητε* orationis rectae) eo impedimur, quod et universe Graeci verba adhortandi cum infin. coniungunt, et ipse Thuc. post *διδάσκειν* verbum, ubi adhortandi vis inest, infinitivum ponit: cf. IV, 83, 3. VII, 18, 1. — VIII, 100, 1 *ἔπλει . . ἐπειγόμενος, μὴ φθάσῃ . . ἐςπλεύσας.*

β) praecedit verbum cavendi vel providendi.

Hic quoque in enuntiato libero semper praeteritum exstat: III, 105, 2 *φυλάσσοντες τοὺς . . Πελοποννησίους, μὴ λάθωσι . . διελθόντες, ἐστρατοπεδεύσαντο.* IV, 11, 4 *ὁρῶν . . τοὺς τριηράρχους . . φυλασσομένους τῶν νεῶν, μὴ ξυντρίψωσιν, ἐβόα.* 124, 4 *τῆς τε Μένδης περιορώμενος, μή τι πάθῃ, . . οὐ πρόθυμος ἦν.* — Substantivum c. verbo coniunctum invenitur IV, 44, 4 *οἳ . . ἐκάθηντο φύλακες, μὴ . . πλεύσωσι.*

γ) praecedit vocabulum metuendi vel suspicandi.

αα) verbum

φοβοῦμαι: praesens exstat I, 36, 1. VI, 33, 4; in narratione verbum invenitur I, 51, 5. 88. 91, 3. 95, 7. II, 8, 5. 101, 2. III, 4, 3. 93, 2. IV, 1, 2. 8, 7. 41, 3. 55, 1. 71, 1. 108, 2. V, 40, 3. 46, 4. VI, 54, 3. 100, 1. VII, 8, 2. VIII, 57, 1. 89, 2 ubi Classenius cod. Vat. secutus *δράσειαν* exhibet: sed coniunct. et ceterorum codicum consensu et tot aliis Thuc. locis defenditur. — 92, 11. 108, 5. — Activum *φοβέω* exstat V, 45, 1 *Ἀλκιβιάδην ἐφόβουν μὴ . . ἐπαγάγωνται τὸ πλῆθος καὶ ἀπωσθῇ ἡ Ἀργείων ξυμμαχία.*

δείδω, δέδοικα: praes. (perf.) invenitur: I, 81, 6. III, 53, 4. 56, 6. 57, 4. IV, 86, 3. VI, 38, 2. in narratione exstat: I, 50, 4 et 5. 52, 3. 56, 2. 64, 1. 102, 3. 119. II, 67, 4. 72, 2. 76, 3. III, 60. 75, 3 et 5. 79, 1. 83, 3. 92, 2. 105, 4. 107, 3. 113, 6. IV, 46, 4. 55, 3. 70, 1. V, 3, 1. 14, 2. 34, 2. 38, 3. 40, 1. 44, 3. 50, 3. 52, 1. 61, 5. 71, 3. VI, 29, 3. 70, 4. 76, 1. 88, 1. VII, 71, 1. 73, 3. 75, 4 et 7. 86, 4. VIII, 7, 1. 39, 3. 50, 1. 56, 4. 57, 1. 72, 2. 109, 1.

ὑποπτεύω: II, 62, 1 *τὸν δὲ πόνον . . μὴ γένηταί τε πολὺς καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα . ., ὑποπτευόμενον.* III, 53, 2 *τόν τε γὰρ ἀγῶνα περὶ τῶν δεινοτάτων εἶναι εἰκότως ὑποπτεύομεν καὶ ὑμᾶς μὴ οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε*: contra inf. sequitur IV, 126, 1. V, 14, 4. 35, 4. VI, 61, 3, ubi non tam metuendi quam suspicandi notio praevalet, sicut in sequenti verbo.

ὑποτοπέω: II, 13, 1 *ὑποτοπήσας, μὴ . . ἢ αὐτὸς . . τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ παραλίπῃ καὶ μὴ δῃώσῃ ἢ καὶ Λακεδαιμονίων κελευσάντων . . γένηται τοῦτο, . . προηγόρευε*: contra infin. sequitur I, 20, 2. 51, 1. II, 5, 5. III, 24, 1. V, 31, 3.

ὀῤῥωδέω: V, 32, 4 *ὠῤῥώδησαν, μὴ οὐδεὶς . . προςχωρῇ.*

ββ) substantiva et adiectiva,

in quibus aut natura aliqua metuendi vis inest aut in quae sententiarum conexu illata est:

φόβος: III, 11, 4. *παρεῖχέ τινα φόβον μήποτε . . κίνδυνον σφίσι παράσχῃ.* VI, 34, 2 *διὰ φόβον εἰσὶ μήποτε . . ἔλθωσιν.*

δέος: I, 26, 2 *ἐπορεύθησαν . . δέει τῶν Κερκυραίων μὴ κωλύωνται ὑπ' αὐτῶν.* III, 33, 2 *μέγα τὸ δέος ἐγένετο . . μὴ . . πορθῶσι . . τὰς πόλεις.* V, 50, 4 *δέος ἐγένετο . . μὴ . . ἔλθωσιν.*

δεινός: III, 102, 4 *δεινὸν γὰρ ἦν, μὴ . . οὐκ ἀντίσχωσιν.* IV, 75, 1 *ἐδόκει αὐτοῖς δεινὸν εἶναι μὴ . . γένηται.* VII, 25, 7 *ὥςτε δεινὸν ἦν προςπλεῦσαι, μὴ . . περιβάλῃ τὴν ναῦν.*

περιδεής: III, 80, 1 *περιδεὴς γενόμενος, μὴ ἐπιπλεύσωσιν αἱ νῆες.*

ὑποψία: V, 29, 3 *ἐς ὑποψίαν καθίστη, μὴ . . βούλωνται . . δουλώσασθαι.*

ὕποπτος: VI, 75, 3 *ἦσαν γὰρ ὕποπτοι αὐτοῖς . . μὴ προθύμως σφίσι μήτ' ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἃ ἔπεμψαν, ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν, . . προσχωρῶσι δ' αὐτοῖς.*

ὑπόνοια: VII, 49, 4 *ἐγένετο . . ὑπόνοια, μή τι καὶ πλέον εἰδὼς . . ἰσχυρίζηται.*

λόγος: II, 101, 4 *παρέσχε δὲ λόγον . ., μὴ . . καὶ ἐπὶ σφᾶς χωρήσωσιν.*

προσδοκία: V, 14, 3 *προσδοκίας οὔσης* (vice imperfecti) *μή τι . . νεωτερίσωσιν.*

κίνδυνος: VI, 6, 2 *ἐδέοντο . . λέγοντες . . κίνδυνον εἶναι, μήποτε . . ξυγκαθέλωσι.*

γγ) vocabulum metuendi omissum est et mente addendum: *οὐ μή.*

IV, 95, 2 *ἢν νικήσωμεν, οὐ μήποτε ὑμῖν Πελοποννήσιοι . . ἐσβάλωσιν.* V, 69, 1 fin. (*παραινέσεις ἐγίγνοντο*) *ὅτι . . τήν τε ἀρχὴν βεβαιοτέραν καὶ μείζω ἕξουσι καὶ οὐ μήποτέ τις αὐτοῖς ἄλλος ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ.* De ellipsi in hac structura, quae saepius apud alios scriptores Atticos, imprimis Platonem, invenitur, statuenda cf. Bäuml. l. l. p. 117 sq. (cf. quoque Aken. l. l. §. 47.)

De *μή* c. opt. post tempora hist. cf. cap. II, B, I, 3, c.

B. De coniunctivo exspectandi.

Cum apud Homerum simplex exspectandi coniunctivus et in enuntiatione libera ind. fut.[15]) vice adhibeatur et ita in enuntiatis relativis, temporalibus, condicionalibus, ut nullum discrimen cognoscatur inter haec enuntiata et ea, ubi particulae *κέν* vel *ἄν* adduntur, huiusce usus apud pedestris orationis scriptores Atticos paucissimae supersunt reliquiae: semper fere *ἄν* adicitur. Ita Thucydides quoque cum soleat *ἄν* addere, aliquot locis simplicem exspectandi coniunctivum posuit.

I. De coniunctivo cum *ἄν* particula copulato.

Particulae *αν* quae sit origo et notio, pluribus exponere huius disputationis non est. Id unum dixerim recte Bäumleinium de ea mihi videri statuisse[16]), qui particula *ἄν* aliquid pro vero

---

[15]) Cf. Bäuml. p. 186 sq.

[16]) Sagacissime Bäuml. et veterum grammaticorum (cf. Apoll. de syntaxi c. VI: *τὰ γεγονότα τῶν πραγμάτων ὁ σύνδεσμος ἀναιρεῖν θέλει περιιστάνων αὐτὰ εἰς τὸ δύνασθαι, ἔνθεν καὶ δυνητικὸς εἴρηται.* auct. libri *περὶ συντάξεως* in Bekk. Anecd. I, p. 126: *Τοῦτον τὸν σύνδεσμον οἱ τεχνικοὶ δυνητικὸν προσαγορεύουσι· σημαίνει γὰρ πρᾶγμα μὴ γενόμενον, δυνηθὲν δὲ γενέσθαι, εἰ μή τι συμβὰν ἐκώλυεν.*) et nostratium de part. *ἄν* opiniones refellit, imprimis Godofr. Hermanni, cuius sententiam plerique nostratium philologorum sunt amplexi (Matthiae, Bernhardyus, Hartungius, Kühnerus, Krügerus alii). Dixerat enim Godofr. Herm. de part. *ἄν* p. 6: »quum part. *ἄν* ea ubique vis sit, ut ad aliquam condicionem referatur, quae condicio saepe adiungitur, ubi autem non est addita, tamen cogitari debet«, pag. 10: »Fortuita notantur particulis *ἄν* vel *κεν*, quae Latine plerumque non possunt exprimi, sed si quae Latina particula ad propriam earum vim quodammodo accedit, est ea forte, Germani aptiorem habemus particulam etwa, sed non tamen ubique satis accommodatam.« Bäumleinius contra ostendit primum ellipses illas, quibus Hermanno auctore saepissime opus est, nec posse ubique nec debere statui, deinde Hermannum in eum errorem incidisse, ut secundum eius rationem optativi cum *ἄν* copulati notio multo magis incerta sit quam simplicis optativi, cum revera contrarium sit statuendum (nam e. gr. verba *θεὸς εἴην* multo magis recedere a veritate obiectiva quam *θεὸς ἂν εἴην*), tum, si recte iudicaret Hermannus, necesse esse ad unamquamque enuntiationem condicionalem apodosin, quae *ἄν* part. contineat, addi, denique nullo modo eos, qui Hermanni rationem sequantur, explicare posse, cur part. nunquam addatur imperativo, numquam coniunctivo neque adhort. neque deliber., nunquam optativo optandi vi praedito, quamvis hi omnes modi possint adiuncti esse ad sententiam condicionalem. Nec felicius Lud. Lan-

poni existimat: cf. l. l. p. 83: „Wir stellen . . diese bedeutung dahin fest, dass κέν und ἄν die handlung als wirklich setzen. . . Es erhält aber dieser begriff seine rechtfertigung namentlich in zwei erscheinungen. . . Die erste ist die wahrnehmung, dass von dem standpunkt der wirklichkeit aus beurteilt die partikel der objectivität des indic. etwas nimmt, der subjectivität des optativs etwas gibt, indem sie den ersteren modus dem gebiete der subjectivität, den letzteren dem der objectivität näher rückt, so dass beide modi in der verbindung mit ἄν eine eigentümliche stellung zwischen reiner objectivität und reiner subjectivität einnehmen. Dies erklärt sich nun vollkommen aus dem eben aufgestellten begriff. Indem die setzung eines wirklichen ein subjectives, aber auch ein objectives element in sich schliesst, wird durch deren beigabe die reine objectivität des indicativs und die reine subjectivität des optativs so geändert, dass ersterer mit einem subjectiven, letzterer mit einem objectiven element versetzt erscheint. — Die andere wahrnehmung, welche in dem angegebenen begriff ihre erklärung findet, ist, dass die part. ἄν oder κέ mit dem imper., dem conjunctiv der aufforderung, der unschlüssigen frage, dem opt. des wunsches nicht construiert erscheint. Auch dies erklärt sich unter voraussetzung jenes begriffs ganz einfach und natürlich. Die forderung, der wunsch, die aufforderung, die frage der unentschlossenheit schliessen an und für sich die setzung eines wirklichen aus; wo eine solche zu dem opt. hinzuträte, könnte dieser nicht mehr rein subjectiver, von aller wirklichkeit absehender wunsch sein; die forderung und aufforderung würden aufhören, directe forderung und aufforderung zu sein, wenn ihnen die setzung einer wirklichkeit beigegeben würde." — et p. 85: „ἄν in Verbindung mit dem indicativ der hist. zeiten bezeichnet die setzung eines faktums, mit dem conjunctiv bezeichnet die setzung eines wirklich werdenden, mit dem optativ bezeichnet die setzung, dass ein subjectives wirklich sei." Ubicunque igitur ἄν c. coniunct. coniungitur, ponitur aliquam rem ad effectum (realitatem, ut hodierni philosophi aiunt) adduci. Adhibetur vero ea structura apud Thucyd.:

1. in enuntiatis relativis.

ἄν c. coniunct. in enuntiationibus relativis positum cum significet, ea, quae illis exprimuntur, mente ad effectum (realitatem) esse adducenda, ibi solet usurpari, ubi res vel persona,

---

gium part. vim vernacula voce »allenfalls« circumscripsisse (in recensenda Bäuml. gramm. Gr. in diariis gymn. Austriacorum usui destinatis anni 1858 p. 50) sat multis Bäuml. docet in annal. phil. tom. 79 ann. 1859 p. 1—10, cui assentitur Leop. Schmidtius »de omissa apud opt. et coniunct. ἄν partic. commentatio« in ind. lect. acad. Marb. sem. hib. 1868, p. 8—9. Postea contra Bäuml. exstitit Akenius p. 40—41 cum diceret: »Im Einklang mit dem system seines gebrauchs erscheint ἄν als eine alte pronominalform von der Bedeutung = dann. . . . Für diese herleitung spricht noch, dass so die natürliche, im nachweis jedoch so schwere gleichheit mit dem lat. *an* von selbst sich ergibt.« At miror profecto virum sagacissimum rerumque grammaticarum peritissimum effugisse, quod nec versio neque etymologia ab ipso prolata ullo modo cum usu particulae consentiat: nam si ἄν illud nihil valeret aliud quam »dann«, ad unamquamque condicionem posset addi: quaecunque enim fingitur condicio, semper in eius apodosin vernaculum illud »dann« inseri potest. Quid praeterea ἄν, si tale quid significaret, cum coniunct. copulatum in enuntiatis rel., temp., condic. (ἐάν) sibi velit nemo videt. Accedit quod neque a coniunctivis adhort. et delib. neque ab imperativo neque ab opt. optandi vi praedito tale quid alienum est, dummodo praecedat condicio, quae sane potest praemitti. Vereor igitur ne prorsus in eorum veterum grammaticorum errorem inciderit Akenius, qui sicut Dionys. Thr. et auctor anonymus lex. Gr. ab Hermanno de em. rat. gr. Gr. editi p. 335 ἄν appellant σύνδεσμον παραπληρωματικόν, et ne suam ipse ὑπόθεσιν maxime damnaverit verbis p. 40—41: »Etymologieen haben hier nur den wert, welchen ihnen ihr zusammenstimmen mit dem system des gebrauchs zuweist. Am wenigsten aber ist etwas gewonnen mit einer übersetzung, da ἄν sich nicht so beliebig einstreuen lässt, wie das flickwort der übersetzung.«

quae relativo indicatur, incerta est, quod genus sententiarum relativarum hypotheticum vel generale vocatur (ὃς ἂν = quisquis). Duo vero sunt genera illorum enuntiatorum relativorum sicut omnium sententiarum, in quibus ἂν c. coni. adhibetur: aut enim, ubi apodosis futuri notionem continet vel si addita esset, contineret, ἂν c. coni. et ipsum ad tempus futurum spectat, aut, ubi apodosis rem, quae saepius fit, exprimit, ἂν c. coni. de universo quodam genere rerum vel casuum, quae quovis tempore fiunt, usurpatur. Utrum statuendum sit, non tam ex ipsa structura quam ex sententiarum conexu pendet.

a) enuntiatum relativum ad tempus futurum spectat:

α) in enuntiato libero positum est praes. vel perf. vel fut. vel imper.

αα) coniunctivus praesentis exstat:

post adi. rel. ὅς, ὅςτις, ὅσος, ὁπόσος, ὁποῖος, ὁπότερος: II, 72, 3 *μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην, . . φορὰν φέροντες ἣ ἂν ἡμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι.* Similiter: I, 35, 2. III, 40, 8, IV, 16†, 2 [17]). 85, 6. 118†, 6 et 9 et 14. V, 18†, 8. 23†, 1 et 2 et 6. 47†, 3 bis. 4 bis. [18]) VI, 9, 2. *οὔτε νῦν ἄλλα ἢ ἃ ἂν γιγνώσκω βέλτιστα ἐρῶ*: cf. Stahlii annot. — VII, 63, 1. VIII, 37†, 3 et 4. 58†, 7. — Omissus est coniunctivus IV, 118†, 5, *καὶ τῇ θαλάσσῃ χρωμένους, ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν* (sc. *χρῶνται*).

post adv. rel. ᾗ, ὅπῃ, ὅποι, ὁποτέρωσε: I, 78, 4 *πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι . . ταύτῃ, ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε.* II, 11, 9. V, 18†, 5 et 11. 65, 4. VII, 77, 4 *λογίζεσθε δὲ ὅτι αὐτοί τε πόλις εὐθύς ἐστε ὅποι ἂν καθέζησθε*: et sententiarum nexus et *εὐθύς* ostendit *ἐστέ* vice fut. *ἔσεσθε* positum esse.

ββ) coniunctivus aoristi exstat:

post adi. rel. ὅς, ὅςτις, οἷος, ὁπόσος: II, 72, 3 *ἀποδώσομεν ὑμῖν ἃ ἂν παραλάβωμεν.* Similia I, 35, 4. II, 87, 8. III, 37, 3. IV, 16†, 2. V, 18†, 4. 47†, 12. VI, 11, 3. (de *εἰκός* c. inf. aor. cf. Classenii annot. ad I, 81, 6). 23, 2. 41, 4. VII, 77, 5 (cf. infra sub II, 1), VIII, 58†, 6.

β) enuntiatum relativum in narratione vel orat. obl. a tempore hist. pendente positum est:

αα) coniunctivus praesentis exstat:

post adi. rel. ὅς, ὅςτις, ὅσος, ὁπόσος, οἷος, ὁποῖος, ὁπότερος: II, 4, 7 *ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς . . χρήσασθαι ὅτι ἂν βούλωνται.* Praeterea 74, 1. III, 28, 1. IV, 15, 1. 17, 1. 21, 3. 22, 1. 26, 5. 37, 2. 69, 3. 83, 5. 114, 5. V, 29, 2. 30, 4. VI, 25, 2. 44, 3. VII, 1, 1. 7, 3. VIII, 56, 4. 57, 1. 65, 3. 67, 2.

post adv. rel. ὡς, ὅπως, ᾗ, ὅπῃ, οὗ, ὅπου, ὅθεν: I, 126, 8 *ἀπῆλθον οἱ πολλοὶ ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα ἄρχουσι . . τὸ πᾶν αὐτοκράτορσι διαθεῖναι, ᾗ ἂν ἄριστα διαγιγνώσκωσι.* V, 34, 1. 40, 3. VI, 8, 2 fin. 26, 1. 31, 3: cf. Classen. annot. 67, 1. 72, 5. 88, 1. VII, 7, 3. 60, 2. VIII, 1, 3 bis. 56, 4. 67, 3. 93, 2.

---

[17]) Signo † notata huc rettuli omnia exempla, quae e foederum litteris petita sunt: nam etsi plerumque praeteritum (*ἐγένοντο σπονδαί, ξυνθῆκαι* sim.) praecedit, neque artius omnia quae sequuntur cum illo cohaerent et saepe variatur oratio intermixtis imperativis vel aliis liberis sententiis.

[18]) V, 47, 5 in codd. legimus: *ὅπλα δὲ μὴ ἐᾶν ἔχοντας διιέναι ἐπὶ πολέμῳ διὰ τῆς γῆς τῆς σφετέρας αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὧν ἂν ἄρχωσιν ἕκαστοι*: Pal. tamen ἂν omisit, E. praebet *ὧν ἄρχουσιν*, quod sententiarum conexu posci recte intellexit Stahlius: cf. annot.: »Falsum est, quod in libris prope omnibus legitur *ὧν ἂν ἄρχωσιν*. Cur enim hic aliter atque reliquis locis (§. 1. 2) non de iis sociis, qui tum erant, sed de iis, qui aliquando futuri sint, paciscantur, prorsus non intellegitur. Praeterea sic repugnantia aliqua exsistit inter hunc locum et §. 1, ubi totum foedus ad eos qui tum erant socios pertinere dictum est.«

ββ) coniunctivus aoristi exstat:

post adi. rel. ὅς, ὅςτις, ὁπότερος, οἷος: I, 28, 2 δίκας ἤθελον δοῦναι . . παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν· ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι τὴν ἀποικίαν, τούτους κρατεῖν. IV, 36, 1. 86, 1. 88. V, 30, 1. VIII, 48, 4. 64, 1. αἷς ἂν προςσχῶσι secundum cod. Vat. = „ad quas appulissent" recte Class. scripsit.

post adv. rel. ὅπου: I, 135, 3 οἷς εἴρητο ἄγειν ὅπου ἂν περιτύχωσιν.

b. enuntiatio relativa generaliter dicta exprimit, quae quovis tempore fieri soleant.

α) in enuntiato libero positum est praes. vel perf.:

αα) coniunctivus praes. exstat:

post adi. rel. ὅς vel ὅσος: I, 77, 2 βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προςδέονται. 37, 4. 42, 2. 71, 1. II, 34, 6. 35, 2. 44, 2 et 3. 45, 2. 62, 4. III, 37, 2. IV, 17, 2. 18, 4. 92, 2. V, 10, 5. 105, 2. VI, 9. 2. 16, 3 et 5. 18, 7. 92. 4. VII, 62, 4. 68, 3.

post adv. rel. ὡς III, 82, 2.

ββ) coniunctivus aoristi exstat:

post adi. rel. ὅς, ὅςτις, ὅσος: I, 70, 7 ἃ μὲν ἂν . . μὴ ἐξέλθωσιν, οἰκεῖα στέρεσθαι ἡγοῦνται, ἃ δ' ἂν ἐπελθόντες κτήσωνται, ὀλίγα . . τυχεῖν πράξαντες. Similiter ib. (bis) et §. 2. 71, 5. 140, 1 fin. II, 34, 3. 44, 1 et 2 λύπη, οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ' οὗ ἂν ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθῇ: nam in altero quoque membro coniunctivum (ἀφαιρεθῇ) suo iure Stahlius scribere videtur, minus bene Classenius ἀφαιρεθείη ex codd. maiore numero recepisse. III, 37, 2 bis. 39, 4. IV, 92, 1. 126, 6. VI, 14. 92, 4. VII, 29, 4. 68, 1.

post adv. rel. οὗ I, 37, 4. ὡς IV, 18, 4.

β) enuntiatum relativum in orat. obl. a tempore hist. pendente positum est: IV, 98, 2 (ἔφασαν) τὸν νόμον . . εἶναι, ὧν ἂν ᾖ τὸ κράτος τῆς γῆς ἑκάστης, . . τούτων καὶ τὰ ἱερὰ ἀεὶ γίγνεσθαι, τρόποις θεραπευόμενα οἷς ἂν . . δύνωνται. —

Ceterum compluribus locis Thucyd. a coniunctivo cum ἂν copulato deflectit ad indicativum: IV, 92, 1 εἰσὶ . . πολέμιοι ἐν ᾧ τε ἂν χωρίῳ καταληφθῶσι καὶ ὅθεν ἐπελθόντες πολέμια ἔδρασαν. Pagondas primum generali sententia dicit, jus fasque esse Boeotis Athenienses, ubicunque eos deprehendant, aggredi, deinde altero enuntiato licere cum Atheniensibus confligere hoc ipso terrae Atticae, unde profecti Boeotiae bellum intulerint, loco. Simillime ib. § 2 οὐ γὰρ τὸ προμηθὲς, οἷς ἂν ἄλλος ἐπίῃ, περὶ τῆς σφετέρας ὁμοίως ἐνδέχεται λογισμὸν καὶ ὅςτις τὰ μὲν ἑαυτοῦ ἔχει, τοῦ πλείονος δὲ ὀρεγόμενος ἑκὼν τινι ἐπέρχεται, postquam prius universalis sententia pronuntiata est, postea, ubi, singillatim Athenienses designantur, a generali dicendi forma scriptor deflectit ad singularem. Idem transitus invenitur II, 44, 1.

De optat. loco coniunctivi c. ἂν copulati post tempora hist. adhibito cf. cap. II, B, I, 4, d, β.

2. in enuntiato finali.

Semel a Thucyd. in enuntiato finali ἂν c. coni. copulatum est VI, 91, 4 εἰ μὴ . . πέμψετε . . ἄνδρα Σπαρτιάτην ἄρχοντα, ὡς ἂν τούς τε παρόντας ξυντάξῃ καὶ τοὺς μὴ θέλοντας προςαναγκάσῃ. (Quod codd. Ar. Cl. Chr. Ven. ὅς pro ὡς praebent, nullius momenti est, quoniam et omnes meliores codd. ὡς exhibent neque usquam ὃς ἂν in sententia finali apparet apud Thucyd.). Ceterum supra iam demonstravimus ὅπως et ὡς coniunctionum originem esse relativam (= quomodo): ex enuntiatis autem proprie relativis part. ἂν translata est in ea, quae ab ὅπως vel ὡς pendentia sententiam

finalem continent[19]), id quod eo facilius poterat fieri, quod omnibus temporibus ὅπως et ὡς simul adverbiorum relat. munere fungebantur. cf. Xen. An. II, 5, 16.

3. in enuntiatis temporalibus.

Sicut coniunctiones finales ὅπως, ὡς, ἵνα, ita temporales quoque ὅτε, ὁπότε, ἕως adverbia relativa esse ex eadem radice „ja", ex qua relativum ὅς derivata, satis constat[20]): atque ut illa adverbia relativa, ita ipsius adiectivi ὅς casus obliquos qui vocantur a praepositionibus pendentes (e. gr. ἐν ᾧ, μεχρὶ οὗ) adhiberi videmus ad inchoanda enuntiata, in quibus notio temporalis inest. Ad illorum enuntiatorum analogiam ea conformata sunt quae ab aliis coniunctionibus (πρὶν, ἐπεί) incipiunt. Atque ut relativorum, ita temporalium enuntiatorum duo genera sunt:

a) enuntiatum temporale rei futurae significationem continet:

α) in enuntiato libero praes. vel perf. vel fut. vel imperativus exstat:

αα) coniunctivus praesentis invenitur:

post ἕως (= so lange als): II, 72, 3 μεταχωρήσατε ὅποι βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ Similia III, 82, 2.

post ὅταν: I, 142, 1 τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται, ὅταν σχολῇ αὐτὰ ποριζόμενοι διαμέλλωσι. Sim. 36, 1. II, 11, 6. III, 39, 7. †56, 7. IV, 126, 6. V, 9, 7 ὅταν ἐμὲ ὁρᾷς ἤδη προσκείμενον . . ἐπεκθεῖν (infin. vice imperativi positus). 47, †7.

post ἐπειδάν VII, 67, 2 ἐπειδὰν πολλοὶ . . ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων . . ὦσι . „ πῶς οὐ σφαλοῦσι . . τὰς ναῦς . .;

ββ) coniunctivus aoristi invenitur:

post μέχρι (omisso οὗ) VIII, 58, †5 τροφὴν . . Τισσαφέρνην παρέχειν . . μέχρι ἂν αἱ νῆες . . ἔλθωσιν. Semel ἄν deest: cf. B II, 2 a.

post ἕως (= bis) VI, 77, 2 ἢ μένομεν ἕως . . ληφθῶμεν.

post ὅταν: I, 121, 1. ὅταν ἀμυνώμεθα Ἀθηναίους, καταθησόμεθα αὐτὸν (sc. τὸν πόλεμον). Sim. ib. 4. 144, 2. II, 43, 1. 64, 1. IV, 60, 2. 64, 3. V, 98.

post ἐπειδάν: II, 72, 3 ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν.

post ἐπήν ter in foederum tabulis: V, 47, 6 ἡ πόλις παρεχέτω . . σῖτον, ἐπὴν ἔλθωσιν (cf. Stahl. ann.) ἐς τὴν πόλιν. Sim. VIII, 58, 6 et 7.

β) enuntiatum temporale in narratione vel or. obliqua a temp. hist. pendente positum est:

αα) coniunctivus praesentis invenitur:

post ἐν ὅσῳ: VIII, 87, 1 προςτάξειν ἔφη Ταμὼν . . ὥςτε τροφὴν ἐν ὅσῳ ἂν αὐτὸς ἀπῇ διδόναι.

post ἕως (= so lange als): I, 58, 2 ἔδωκε νέμεσθαι, ἕως ἂν ὁ . . πόλεμος ᾖ. Sim. VIII, 81, 3.

post ὅταν: I, 62, 3 ἦν δὲ ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως . . ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπὶ σφᾶς χωρῶσι, . . ἐν μέσῳ ποιεῖν αὐτῶν τοὺς πολεμίους. Sim. IV, 77, 2. VI, 79, 1. 93, 3. VIII, 86, 8. 90, 3.

---

[19]) Cf. Bäuml. l. l. p. 217—218. Krüg. gr. § 54, 8 ann. 4. Akenius p. 110 falso quidem dicit, nunquam Thucyd. hac structura usum esse, recte tamen haec: »Es ergiebt sich, dass ein fall, in dem diese structur notwendig eintreten müsse, nicht zu construieren ist, dass vielmehr der unterschied allein der individualität des redenden angehört, indem das ἄν der natürlichen und gemütlichen rede eine bequeme nüancierung bot, welche ernstere und präcisere sprache verschmähte.« Ceterum cf. quoque supra pag. 4.

[20]) Cf. Delbr. l. l. p. 53—69.

post ὁπόταν: II, 84, 2 τὴν ἐπιχείρησιν ἐφ' ἑαυτῷ .. ἐνόμιζεν εἶναι, ὁπόταν βούληται. Sim. IV, 21, 2. V, 7, 5. VIII, 67, 3.

ββ) coniunctivus aoristi invenitur:

post ἐν ὅσῳ: III, 28, 1 ἐν ὅσῳ δ' ἂν πάλιν ἔλθωσι, Πάχητα μήτε δῆσαι . . μηδένα κ. τ. λ.

post μέχρι οὗ: VII, 83, 2 μέχρι δ' οὗ ἂν τὰ χρήματα ἀποδοθῇ, . . δώσειν . . ὁμήρους. Quater ἄν deest: cf. II, 2, a.

post ἕως: (= bis) I, 28, 5 ἑτοῖμοι δ' εἶναι . . σπονδὰς ποιήσασθαι, ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται. Sim. 29, 5. 90, 3. II, 7, 2. III, 97, 1. IV, 30, 4. VII, 16, 1. VIII, 11, 2. 29, 1. 84, 5.

post ὅταν: IV, 5, 1 ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς ὅταν ἐξέλθωσιν, . . οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς. VII, 50, 3. VIII, 11, 3. 12, 1. πείθει .. λέγων .. ὅταν προςβάλῃ Ἰωνίᾳ, ῥᾳδίως πείσειν τὰς πόλεις: Vat. praebet ὅτι, ἢν προςβάλῃ .. πείσει. „Sed exquisitior est orationis varietas, de qua vide adn. I, 87, 4“, recte Stahlius dicit et ceterorum codd. scripturam sequitur.

post ἐπειδάν: V, 65, 4 ἐβούλετο δὲ τοὺς .. βοηθοῦντας ἐπὶ τὴν τοῦ ὕδατος ἐκτροπήν, ἐπειδὰν πύθωνται, καταβιβάσαι.

post πρίν praemissa sententia negativa: I, 91, 3 πέμπει κελεύων . . μὴ ἀφεῖναι, πρὶν ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν. Sim. II, 6, 2. 84, 1. 102, 5. IV, 97, 2. VI, 71, 2. — Quinquies ἄν non additur: cf. II, 2, b.

b) enuntiatum temporale universum genus casuum, qui quovis tempore accidere solent, complectitur:

in enuntiato libero praesens ponitur.

α) coniunctivus praesentis exstat:

post ἐν ᾧ: I, 21, 2 καίπερ τῶν ἀνθρώπων, ἐν ᾧ μὲν ἂν πολεμῶσι, τὸν παρόντα ἀεὶ μέγιστον κρινόντων [21]).

post ὅταν: VI, 3, 1 ὅταν . . θεωροὶ πλέωσι, πρῶτον θύουσι. Sim. I, 141, 6.

post ἐπειδάν: II, 34, 3 ἐπειδὰν δὲ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν.

β) coniunctivus aoristi exstat:

post ὅταν: I, 142, 9 τὸ ναυτικὸν . . οὐκ ἐνδέχεται, ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι. Sim. VI, 86, 3.

post ἐπειδάν: II, 34, 6 ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ . . λέγει . . ἔπαινον. Sim. V, 103, 2. VII, 66, 3.

De optativo loco coniunctivi cum ἄν copulati post tempora hist. posito cf. cap. II, B, I, 4, e.

4. in enuntiatis condicionalibus: ἤν vel ἐάν. [22])

a) ἤν (ἐάν) ad rem futuram pertinet:

α) in enuntiato libero praesens, perfectum, futurum, imperat. posita sunt:

---

[21]) Notio temporalis non quadrat I, 37, 4. VII, 29, 4 al. ubi ἐν ᾧ ἄν est = ubicunque.

[22]) Quod ad formam coniunctionis pertinet, semper fere Thucyd. scripsit ἤν, rarius ἐάν (quod exstat I, 44, 1. III, 47, 2. IV, 23, 1. 118, 4. V, 47, 12. VI, 96, 1. VII, 68, 3. VIII, 75, 3.). ἄν scriptura, quae est recentioris dialecti Atticae neque apud veteres Atticos invenitur (cf. Guil. Dindorf. lex. Soph. p. 33) in omnibus codd. praebetur VI, 13, 1. 18, 6, in omnibus praeter D. IV, 46, 3: videtur igitur librariorum neglegentia illata esse. In crasi tamen κἄν recte exhibetur pro καὶ ἐάν sicut apud ceteros veteres Atticos: cf. I, 42, 3. 141, 5. V, 103, 1. VI, 17, 8. 33, 5.

αα) coniunctivus praesentis exstat:

in apodosi futurum invenitur: I, 86, 2 *τοὺς ξυμμάχους, ἢν σωφρονῶμεν, οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους.* Sim. 82, 2 bis (*ἔσται* excidit, *ἴμεν* fut. vi praeditum est). 141, 5. 143, 4. 144, 1 et 2 et 3. II, 74, 3. III, 13, 7. IV, 10, 3. 64, 4. V, 9, 6. 111, 4. VI, 17, 6. 18, 4 et 6. 23, 2. 36, 3. 38, 4. 41, 4. 91, 1. VII, 15, 2. 62, 3. VIII, 53, 3.

Reliqua exempla sunt: I, 32, 2. 34, 1. 140, 1. II, 72, 1. III, 66, 4. IV, 10, 2. 85, 6. 118†, 4. V, 18†, 4 et 5. 23†, 1 bis et 2 bis et 3 et 6. 30, 3. 47†, 3 ter, 4 ter, (5 ad verba *ὅπλα μὴ ἐᾶν ἔχοντας διιέναι . . ἢν μὴ ψηφισαμένων τῶν πόλεων ἁπασῶν τὴν δίοδον εἶναι*, mente addendum est *διίωσι*: *ἢν μὴ* elliptice aeque ac saepius *εἰ μὴ* positum est: cf. I, 82, 2. VII, 60, 2) et 6 et 12. 101. VI, 11, 6. 13, 1 in. 18, 5. 22 bis. 85, 1. 92, 3. VII, 12, 1. VIII, 18†, 2 et 3 bis. 37†, 3 et 4 et 5 bis. 58†, 4 bis et 6 bis et 7.

ββ) coniunctivus aoristi exstat:

in apodosi futurum positum est: I, 81, 6 *μὴ . . τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα ὡς ταχὺ παυθήσεται ὁ πόλεμος, ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τέμωμεν.* Sim. 120, 2 (*ἀμύνωσι* aor. coniunct. esse et rerum conexus et quae sequuntur *εἰ τὰ κάτω προοῖντο*, demonstrant). II, 54, 3. 62, 3. 64, 3 (fut. exact.), 87, 9. III, 13, 4 (praecedit *εἰκός* c. inf. pr., sequitur ind. fut.). 40, 8. 44, 2. 46, 3 (*ἔσται* supplendum). 67, 7. IV, 59, 4. 92, 4. VI, 23, 1. 33, 4. 41, 3 (*ἔσται* supplendum). VII, 68, 3. 77, 7.

In apodosi *ἂν* c. opt. positum est: III, 46, 2 *σκέψασθε . . ὅτι ἢν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῷ μὴ περιεσομένη, ἔλθοι ἂν ἐς ξύμβασιν.* — Difficillimus est locus IV, 63, 2, quem una littera *ι* adiecta sic scripserim: *τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν, ἀφ' ἧς αὐτοκράτορες ὄντες τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρὴ κατ' ἀνάγκην γιγνοίμεθα* (codd. *γιγνόμεθα*). Suo iure enim Stahlius iis, qui Godofr. Hermannum de part. *ἄν* p. 42 secuti *γιγνόμεθα* retinent, ita ut ex *γιγνόμεθα* illo ad verba *φίλοι μὲν ἂν* optat. *γιγνοίμεθα* supplendum esse censeant, obloquitur utrumque pariter certum esse neque ullam causam apparere, cur alterum lenius, alterum confidentius enuntietur, praeterquam quod haec ratio plane exemplis sit destituta. Etsi vero Stahlius *γιγνοίμεθα* recte restituit, valde dubito, num apte ea, quae praecedunt, sic mutaverit *ἀφ' ἧς αὐτοκράτορες ὄντες τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα ἤ δ η, ἀπιστήσαντες δ' ἄλλοις ὑπακουσόμενοι, οὐ περὶ κ. τ. λ.* Nam primum quidem haec paulo longius a codicum scriptura recedunt, deinde quo verba *οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα* spectent, si ita scribitur, non video. Quae autem tradita sunt *ἢν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν*, ea opposita sunt verbis *πειθόμενοι μὲν ἐμοί*: neque enim *ὑπακούειν* hic valet „subiectum esse". sed „obsequi", quare non video quomodo acrius illa inter se opponi possint: neque enim tantum *ἀπιστήσαντες* (sc. *ἐμοί*) illis *πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ* opponitur, sed etiam *ἢν . . ἄλλοις ὑπακούσωμεν*, ita ut simul varietur oratio, quam variationem adamasse Thucyd. satis constat. De ellipsi post *τινα* statuenda cf. Classenii annot.

Reliqua coni. aor. exempla sunt: I, 143, 5. II, 62, 2. IV, 18, 5. 20, 3. 95, 2. V, 9, 9. 47†, 7. 91, 1 in. VI, 17, 8. 79, 3 bis. 85, 1 et 3. VII, 11, 3. 61, 1. 77, 6.

β) enuntiatum condicionale in narratione vel orat. obl. a tempore hist. pendente positum est.

αα) coniunctivus praesentis exstat:

in apodosi futurum positum est: I, 58, 1 *ὑπέσχετο αὐτοῖς, ἢν ἐπὶ Ποτίδαιαν ἴωσιν Ἀθηναῖοι . . ἐςβαλεῖν.* Sim. 105, 3. II, 5, 6. 13, 5. III, 34, 3. V, 7, 3. 22, 1 (*δέξεσθαι* scribendum: cf.

Stahl. qu. gr. p. 6.) 35, 3. 44, 1. VI, 25, 2. fin. 49, 3. VII, 4, 4. 36, 6. 48, 2. 71, 7. VIII, 29, 1. 32, 3. 33, 1. 81, 3.

Reliqua exempla sunt: I, 44, 1 et 2. 45, 3. 58, 1. 62, 3. 65, 1. 87, 4. 95, 1. 103, 1. 118, 2. 126, 1. 129, 1. II, 12, 2. 24, 1 bis et 2. 73, 1. 88, 2. 91, 1. III, 20, 1. *31, 1. 66, 3 *τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν, ἣν τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς ὑμῖν μὴ ἀδικῶμεν*: qui locus huc referendus est, quod rem praeteritam narrant Thebani: *ἣν* pendet a verbis *ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν.* IV, 2, 4. 3, 3. 9, 4. 13, 3 et 4. 15, 2. 41, 1. 42, 4. 83, 2. 107, 1. V, 4, 5. 21, 3. 30, 1. 33, 1. 36, 2. 41, 3. 45, 1. 46, 2. 53. 80, 1. 82, 5. VI, 8, 2. 25, 2. 29, 3. 47 bis. 48. 52, 1. 69, 3. 75, 1. 79, 1. 96, 3. VII, 18, 2. 29, 1. 43, 2. 60, 2. 72, 3. VIII, 2, 1. 27, 4. 39, 2 bis. 46, 2. 57, 1. 63, 4. 69, 2. 74, 3. 76, 7. 90, 3. 100, 2 et 5. 102, 2. 106, 5.

ββ) coniunctivus aoristi exstat:

in apodosi futurum positum est: I, 28,4 *οἱ δὲ Κορίνθιοι ἀπεκρίναντο αὐτοῖς, ἢν τάς τε ναῦς καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπὸ Ἐπιδάμνου ἀπαγάγωσι, βουλεύσεσθαι.* Sim. ib. 5. II, 80, 1. III, 94, 3. 102, 6 (fut. exact.). V, 38, 3. 39, 3. 45, 2. VI, 72, 4. VII, 25, 9 (fut. exact.). 48, 5. 84, 2. VIII, 27, 3. 45, 6. 75, 3. 76, 7 in. 81, 3. — in apodosi *ἂν* c. infin. aor. (loco opt.). sequitur: VI, 49,2 *αἰφνίδιοι δὲ ἢν προςπέσωσιν, . . . μάλιστ' ἂν σφεῖς περιγενέσθαι καὶ κατὰ πάντα ἂν αὐτοὺς ἐκφοβῆσαι.* 96, 1 *νομίσαντες, ἐὰν μὴ τῶν Ἐπιπολῶν κρατήσωσιν, . . οὐκ ἂν ῥᾳδίως σφᾶς ἀποτειχισθῆναι, διενοοῦντο κ. τ. λ.* —

Reliqua exempla sunt: I, 93, 7. 102, 3. 132, 4 et 5. II, 5, 4. 13, 1. 24, 1. III, 3, 3: *ἐςηγγέλθη . . ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω, καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα, — εἰ δὲ μή, Μυτιληναίοις εἰπεῖν κ. τ. λ.*: apodosis post *πεῖρα* omissa est: cf. Il. I, 135. Her. VIII, 62. Plat. Prot. 311 d. Krüg. gr. § 54, 12 ann. 12. — *εἰ δὲ μή* post *ἤν*, ut plerumque, contra I, 82, 2. VII. 60, 2 al. *ἢν δὲ μή.* — *31, 1. IV, 8, 5. 9, 2. 23, 1. 46, 3. 92, 1. V, 66, 1. VII, 59, 3. VIII, 46, 3. 50, 1. 67, 2.

b) *ἤν* (*ἐάν*) ad rem, quae quovis tempore fieri solet, pertinet:

α) in enuntiato libero praes. vel perf positum est:

αα) coniunctivus praesentis exstat:

I, 20, 1 *οἱ . . ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως . . δέχονται.* Sim. 41, 3. 42, 3. 68, 1. 71, 1. II, 34, 2. 97, 1. III, 43, 1. IV, 59, 2. 92, 5. V, 66, 4. 109. VI, 13, 1 fin. 18, 7.

ββ) coniunctivus aoristi exstat:

I, 41, 3 *πολέμιόν τε (ἡγοῦνται) τὸν ἀντιστάντα, ἢν καὶ τύχῃ φίλος ὤν.* Sim. I, 37, 4. 77, 3. II, 39, 3. 43, 5. III, 46, 5. 47, 2. V, 91, 1 fin. VI, 33, 5 bis. Eodem referendum est VII, 14, 4 *τὰς φύσεις ἐπιστάμενος ὑμῶν . . αἰτιωμένων . . ὕστερον, ἤν τι ὑμῖν ἀπ' αὐτῶν μὴ ὁμοῖον ἐκβῇ, ἀσφαλέστερον ἡγησάμην τὸ ἀληθὲς δηλῶσαι*: nam *αἰτιωμένων*, quo spectat *ἤν*, praesentis, non imperfecti participium est. — Praesentis loco aor. gnomicus qui vocatur positus est: I, 70, 7 *ἢν δ' ἄρα του καὶ πείρᾳ σφαλῶσιν, ἀντελπίσαντες ἄλλα ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν.* 84, 2 *ἤν τις ἄρα . . παροξύνῃ, οὐδὲν μᾶλλον ἀχθεσθέντες ἀνεπείσθημεν.* V, 103, 1 *ἐλπὶς . . κἂν βλάψῃ, οὐ καθεῖλε.* — In apodosi *ἂν* c. inf. praes. (loco opt.) invenitur semel in sententia generali IV, 19, 2 *νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιστ' ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, οὐκ ἢν ἀνταμυνόμενός τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τοῦ πολεμίου κατ' ἀνάγκην ὅρκοις ἐγκαταλαμβάνων μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῇ, ἀλλ' ἤν, παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι πρὸς τὸ ἐπιεικές, καὶ ἀρετῇ αὐτὸν νικήσας παρὰ ἃ προςεδέχετο μετρίως ξυναλλαγῇ.*

β) In oratione obliqua ab imperfecto pendente coniunct. aor. positus est:

VI, 49, 2 *τὸ γὰρ πρῶτον πᾶν στράτευμα δεινότατον εἶναι· ἢν δὲ χρονίσῃ πρὶν ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, τῇ γνώμῃ ἀναθαρσοῦντας ἀνθρώπους καὶ τῇ ὄψει καταφρονεῖν μᾶλλον.*

De εἰ c. opt. loco ἐάν adhibito cf. cap. II, B, I, 4, f, β.

Ceterum orationis variandae causa Thucydides his e. gr. locis ἤν quidem cum coniunctivo, sed ὅπως c. opt. coniungit: I, 58, 1 (ib. εἴ πως c. opt.). 126, 1 (ἐπρεσβεύοντο . . . ἐγκλήματα ποιούμενοι, ὅπως σφίσιν ὅτι μεγίστη πρόφασις εἴη τοῦ πολεμεῖν, ἤν μή τι ἐςακούωσι.) εἴ πως c. opt. et ἤν c. coni. eodem loco praeter I, 58, 1 exstat V, 4, 5 τὸν Φαίακα πέμπουσιν, εἴ πως πείσαντες .. τοὺς ἄλλους, ἤν δύνωνται, Σικελιώτας, .. διασώσειαν τὸν δῆμον τῶν Λεοντίνων.

II. De simplici coniunctivo exspectandi.

Particula ἄν omittitur apud coniunctivum a Thucydide: [23])

1. *in enuntiatis relativis:*

III, 43, 5 *εἰ γὰρ ὅ τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπόμενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρίνετε. νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥντινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε.* Ubi cum omnes alii codd. praebeant ἥντινα, quod probatur a Poppone, Krügero, Classenio, Böhmio, in Vat. legitur ἤν τινα, quam scripturam minus aptam esse, quoniam ea accepta et iungenda forent verba ἤν τινα τύχητε σφαλέντες neque τινα aptum esset sed τι (cf. I, 140, 1 ἢν ἄρα τι καὶ σφαλλώμεθα et VIII, 24, 5. 32, 3. 92, 11), recte Stahlius demonstravit. Idem se ex constanti Demosthenis usu ἥντιν' ἄν scripsisse profitetur: sed vix credo ex Demosthenis usu Thucydidem corrigendum esse, immo, quoniam hic ipse aliis locis in sententia relativa coniunctivum non addita particula adhibuit, hoc quoque loco codicum scripturam integram esse servandam: nam Vat. eo tantum differt ab omnibus aliis, quod calami lapsu spiritus asper in lenem mutatus est. — IV, 17, 2 *τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δὲ ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν*: ad quem locum Leop. Schmidtius l. l. p. 13 annotat: „ita sine difficultate, si quid video, explicatur, ut per structuram ἀπὸ κοινοῦ illud ἄν, quod inter ᾧ et καιρὸς ᾖ positum est, simul in priore membro huic opposito οὗ βραχεῖς ἀρκῶσι intellegatur." IV, 18, 4 *σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τ' ἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώτερον ἂν προςφέροιντο, τόν τε πόλεμον νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν, τούτῳ ξυνεῖναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡγήσωνται*: verba καὶ ταῖς ξυμφοραῖς — προςφέροιντο mihi quoque, ut Stahlio et Böhmio pro parenthesi videntur habenda esse. Variatae autem structurae similia exempla, in quibus ab ἄν et coniunctivo ad indicativum pergebatur, supra (p. 12) attulimus. Hic quoque Leop. Schmidtius l. l. censet ἄν particulam, cum in sequenti membro, quod ex νομίσωσι quodammodo pendet μὴ καθ' ὅσον ἄν τις κ. τ. λ., sit posita, etiam apud νομίσωσι subaudiendam esse: idem Classenius iudicat: cf. annot. eius. — His tribus locis cum ἄν videatur a Thucydide ipso omissum esse, VII, 77. 5 librariorum haud scio an neglegentia exciderit: *τὴν δὲ πορείαν ὥςτ' ἀσφαλῆ καὶ εὔτακτον εἶναι αὐτοὶ φυλάξατε, μὴ ἄλλο τι ἡγησάμενος ἕκαστος ἢ ἐν ᾧ ἀναγκασθῇ χωρίῳ μάχεσθαι, τοῦτο καὶ πατρίδα καὶ τεῖχος κρατήσας ἕξειν*: unus cod. Vat. ἄν exhibet ante ἀναγκασθῇ, quod certe facillime poterat a librario omitti per haplographiam, ut ita dicam, quoniam eaedem litterae αν in initio proximi verbi positae sunt. Quod vero ad vim huius structurae pertinet, Godofr. quidem Hermannus de part. ἄν p. 113 dixit addi solere ἄν, ubi de

[23]) Exempla ex aliis scriptoribus petita quisquis desiderat, conferat Bäuml. l. l. p. 212 sq. 233 sq. 244—45. Leop. Schmidt. l. l. p. 10 sq.

quavis re sermo esset, deesse, ubi de certa re ageretur. At ubi de certa re agitur, indicativus ponitur. Similiter Krügerus gr. §. 54, 15 ann. 3 loquitur: „Wie *εἰ*, so findet sich auch das relativ ohne *ἄν* mit dem conj., wo keine modificierung des gedankens als eines eventuell (vorkommenden falls) zu erwartenden auszudrücken ist". Sed tria illa Thucydidea exempla ita profecto comparata sunt, ut quantum ad logicam rationem nihil discriminis sit inter ea et eos locos, ubi *ἄν* additum est. Quomodo vero et ex coniunctivi et ex *ἄν* particulae notione sit declarandum, quod *ἄν* modo adiciatur, modo — atque id quidem rarissime — omittatur, recte Bäumleinius l. l. p. 217 videtur exponere hisce verbis: „Es ist aber in der verbindung des relativs mit dem conjunctiv ... das moment der setzung eines wirklich werdens implicite schon enthalten, es resultiert aus der verknüpfung des conj. als des ausdruck für das wirklich werden mit dem relat. als der sphäre, innerhalb deren das prädicat stattfindet. Da also das moment der setzung einer handlung als einer wirklichen im relativ-, wie im bedingungs- und zeitbestimmungssatze aus der verbindung der beiden andern momente sich ergab, so erklärt sich daraus, wie der ältere und der dichterische sprachgebrauch die partikel, welche eben die setzung der handlung als einer wirklichen bezeichnete, entbehren konnte, wie dagegen der regelmässigere, prosaische sprachgebrauch diesen bestimmten exponenten jenes modalen begriffs notwendig machte. Wir haben nämlich hier dieselbe erscheinung, wie wenn in älterer und poetischer sprache, weil das bestimmtere verhältnis aus dem zusammenhange sich ergab, der blosse casus auch da gebraucht ward, wo der prosaische sprachgebrauch die bestimmtere exposition des verhältnisses durch beifügung der angemessenen präposition verlangte." „Denn das ist das verhältnis der prosaischen zur poetischen ausdrucksweise, dass jene die bestimmtere bezeichnung der logischen verhältnisse, wo nämlich die sprache dafür eigens ausgeprägte wörter besitzt, sich zur regel macht, die poetische rede sie öfter unterlässt." (ib. p. 243). Vetustioris igitur aevi et poetarum maxime sermonem Thucydides in hac re sequitur, quem in deligendis quoque vocabulis secutus est (cf. Dion. Hal. de iis, quae Thuc. propria sunt, II p. 790: *ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν καὶ γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ ξένην λέξιν παραλαμβάνων πολλάκις ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις κ. τ. λ.*, de Thuc. hist. iud. p. 869 c. XXIV: *ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, τέσσαρα μέν ἐστιν ὥςπερ ὄργανα τῆς Θουκυδίδου λεξεως, τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων, τὸ πολυειδὲς τῶν σχημάτων, τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας, τὸ τάχος τῆς σημασίας*).

2. *in enuntiatis temporalibus:*

a) coniunct. aor. post *μέχρι οὗ*: III, 28, 2 *κατατίθεται ἐς Τένεδον, μέχρι οὗ τοῖς Ἀθηναίοις τι δόξῃ.* IV, 16, 2 *ἐσπεῖσθαι δὲ αὐτάς* (sc. *τὰς σπονδάς*), *μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν οἱ .. πρέσβεις.* 41, 1 *ἐβούλευσαν δεσμοῖς αὐτοὺς φυλάσσειν, μέχρι οὗ τι ξυμβῶσιν.* 46, 3 *διεκόμισαν ὑποσπόνδους, μέχρι οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν.* — Post simplex *μέχρι*: I, 137, 2 *ἔφη .. τὴν .. ἀσφάλειαν εἶναι μηδένα ἐκβῆναι ἐκ τῆς νεώς, μέχρι πλοῦς γένηται.*

b) post *πρίν*, ac quater quidem aor. coniunct., semel VI, 38, 2 praes: VI, 10, 5 *χρὴ .. μὴ ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι, πρὶν ἣν ἔχομεν βεβαιωσώμεθα* (codd. *βεβαιωσόμεθα* per calami lapsum, quia nusquam apud Atticos *πρίν* c. ind. fut. coniungitur). 29, 2 *ἐπεμαρτύρετο .. ὅτι σωφρονέστερον εἴη μὴ μετὰ τοιαύτης αἰτίας, πρὶν διαγνῶσι, πέμπειν αὐτόν.* 38, 2 *ἡμεῖς δὲ κακοί* (sc. *ἐσμέν*), *πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξασθαι.* VIII, 9, 1 *οὐ προυθυμήθησαν ξυμπλεῖν, πρὶν τὰ .. Ἴσθμια .. διεορτάσωσιν.* ib. 3 *αἴτιον δ' ἐγένετο .. οἱ .. ξυνειδότες τὸ .. πλῆθος οὐ βουλόμενοί πω πολέμιον ἔχειν, πρίν τι καὶ ἰσχυρὸν λάβωσι.*

c) post *πρότερον ἤ*: VII, 63, 1 *χρὴ .. ξυμπεσούσης νηὶ νεὼς μὴ πρότερον ἀξιοῦν ἀπολύεσθαι ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε.*

In his quoque enuntiatis temporalibus, quae omnia rei futurae significationem continent, cum nullo fere sententiae discrimine scriptor poterat addere particulam: coniunctivi enim vis in iis haec est, ut tempus, quo futurum sit, ut res ad effectum (realitatem) adducatur, mente comprehendendum esse indicet. Quae res utrum eventura sit necne, quoniam conexu sententiarum nullo modo in dubium vocatur, ex logica quidem ratione nihil differt, utrum simplices coniunctiones temporales, quibus ipsis indicatur, alteram rem fieri, cum altera fiat vel facta sit, adhibeantur an addita particula *ἄν* simul is, qui legit, impellatur, ut rem propositam cogitatione sua pro vera factaque ponat. Eo ipso igitur, quod coniunctivus annectitur ad coniunctionem temporalem, ea sententia efficitur, ad quam accuratius exprimendam pedestris orationis scriptores *ἄν* particula ut solent: nisi quod sententia paulo firmius vividiusque pronuntiatur omissa particula. Errasse autem Godofr. Hermannum, qui de part *ἄν* p. 103—112 simplicem coniunctivum ad rem certam et coni. cum *ἄν* copulatum ad rem incertam spectare dicit, sat multis Bäuml. l. l. p. 237—42 explicavit (cf. quoque p. 243.).

3. *in enuntiato condicionali.*

VI, 21, 1 *πρὸς οὖν τοιαύτην δύναμιν οὐ ναυτικῆς καὶ φαύλου στρατιᾶς μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ πεζὸν πολὺν ξυμπλεῖν, εἴπερ βουλόμεθα ἄξιον τῆς διανοίας δρᾶν καὶ μὴ ὑπὸ ἱππέων πολλῶν εἴργεσθαι τῆς γῆς, ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθεῖσαι καὶ μὴ ἀντιπαράσχωσιν ἡμῖν φίλοι τινὲς γενόμενοι ἄλλοι ἢ Ἐγεσταῖοι ᾧ ἀμυνούμεθα ἱππικόν*: cum *εἰ* omnium bonorum codicum consensu firmetur, nullius momenti est, quod pauci iique mali codd. *ἤν* praebent. Quoniam vero rarissima haec structura est apud pedestris orationis scriptores, hoc uno loco Thucydidi videtur tribuenda esse. Contra I, 72, 2 in enuntiato *ἔφασαν βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ πλῆθος αὐτῶν εἰπεῖν εἴ τι μὴ ἀποκωλύει*, paulo temerius Classenius ex Pal. et Vat. recepit *ἀποκωλύῃ*, cum Cass., Aug. al. praebeant indicativum. Neque locus I, 139, 3 *Λακεδαιμόνιοι βούλονται τὴν εἰρήνην εἶναι, εἴη δ' ἄν, εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε*, ita est comparatus, ut *ἀφῆτε*, quod in plerisque codd. legitur, videatur recipiendum esse, quare recte editores in textu posuerunt optativum. — Ut vero redeamus ad eum, unde digressi sumus, locum, neque illic, sicut in iis exemplis, quae temporalem sententiam continent, ex logica ratione discrimen videtur statuendum esse inter eam, quae exstat, sententiam et eam, quae addita particula efficeretur: una psychologica ratio diversa est. Qua de re rectissime videtur monuisse Leop. Schmidtius l. l. p. 16: „Cum addita *ἄν* particula is qui loquitur audientem ad rem incertam sua mente amplius adumbrandam invitat, sua ipsius non nimium interesse significat, utrum hoc an illud eveniat, quod contra est, ubi simplici coniunctivo suam propriam cogitationem in rei eventu defixam exprimit: quo fit ut *ἐάν* cum coniunctivo remissioris, *εἰ* cum coniunctivo intentioris cum quodam affectu animi sit indicium.“ — Angorem igitur animi et sollicitudinem Nicias aptissime simplici *εἰ* vocula cum coniunctivo copulata exprimit.

CAP. II.

De optativi usu Thucydideo.

Optativus proprie ea significat, quae in mera cogitatione posita sunt, vel, ut hodierni grammatici aiunt, merae subiectivitatis modus est.[24]) Ibi enim adhibetur, ubi aliquam rem in ipsa tantum cogitantis mente agitari significatur neque ullo modo rerum veritas („realitas") respicitur neque agitur de re ad effectum adducenda. Ut vero mens humana et cogitandi munere fungitur et cupiendi, ita duo optativi sunt munera: aut enim quae merae cogitationis sunt significat aut quae merae optationis (i. e. eius optationis, quae nec respicit, utrum id, quod optatur, fieri possit necne, neque ad rem, quae optatur, ad effectum adducendam spectat).

A. Optandi optativus

semel apud Thucyd. invenitur VI, 20, 1 *ξυνενέγκοι . . ταῦτα, ὡς βουλόμεθα.*

B. De optativo merae cogitationis.

I. De simplici optativo.

Simplex optativus usurpatur:

1. propria vi merae cogitationis.

a) in enuntiationibus condicionalibus.

εἰ c. opt. coniungi constat ea notione, ut significet id, quod enuntiato condicionali exprimitur, cogitari fingique nulla ratione habita, utrum verum sit vel fieri possit necne. In apodosi exstat apud Thucydidem:

α) optativus cum *ἄν* particula copulatus (cf. infra sub II).

αα) in oratione recta:

· in utroque membro opt. praes. reperitur: VI, 9, 3 *ἀσθενὴς ἄν μου ὁ λόγος εἴη, εἰ τὰ . . ὑπάρχοντα σώζειν παραινοίην*: III, 30, 4. VI, 17, 4. 18, 2. 91, 6.

εἰ c. opt. praes., *ἄν* c. opt. aor.: I, 70, 9 *εἴ τις . . φαίη, . . ὀρθῶς ἄν εἴποι.* 80, 2. 120, 4. II, 35, 2 ubi verba, quae praecedunt, *τάχ' ἄν . . νομίσειε* mente addenda sunt. V, 110, 2. VI, 34, 4. — VI, 18, 3 optativus apodoseos in infinitivum mutatus est: *ἀνάγκη . . τοῖς μὲν ἐπιβουλεύειν, τοὺς δὲ μὴ ἀνιέναι διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἄν ὑφ' ἑτέρων* [*αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι*: cf. Stahlii ann.], *εἰ μὴ αὐτοὶ ἄλλων ἄρχοιμεν.*

---

[24]) Cf. Bäuml. l. l. p. 41 sq. 245 sq. Aken. l. l. §. 33 et 38. — God. Hermannus cum de emend. rat. gr. Gr. p. 207 dixisset: »quum (opt.) nihil aliud notet, quam cogitari aliquid sine repugnantia posse, non est alio verbo opus, quo indicetur, quare aliquid recte cogitari queat«, sibi ipse obloquitur de part. *ἄν* p. 139: »Quod si verum fateri volumus, omnis omnino oratio, quae optativum habet, obliqua est. Sed usu factum est, ut illud genus, quo nostra ipsorum cogitata sic enuntiamus, ut non diserte distinguamus cogitantem ab loquente, rectae orationis speciem habeat.« Neque ulla re eo adduci possumus, ut e. gr. optativum optandi semper ab aliquo verbo, quod mente addendum sit, existimemus debere pendere. Multo ineptiorem esse Buttmanni sententiam (gr. §. 139), optativi notionem eandem fere esse atque coniunctivi imperf. et plusquamperf. linguarum Germ. et Lat., quam temere secuti sunt Rostius et Kühnerus, luce fere est clarius: omnino et de his et de aliorum sententiis cf. Bäuml. iudicia p. 9—11. 25—32.

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. opt. praes. exstat: I, 139, 3 *εἴη δ' ἄν* (sc. *εἰρήνη*), *εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε*: cf. de hoc loco pag. 19. — Sim. IV, 63, 2: (cf. pag. 15.) 87, 5. VI, 11, 1. In apodosi enuntiatum relativum ponitur II, 48, 3 *ἀφ' ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴ ποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ' ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω.*

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. opt. perf. pass.: VI, 11, 4 *ἡμᾶς δ' ἂν οἱ ἐκεῖ Ἕλληνες μάλιστα μὲν ἐκπεπληγμένοι εἶεν, εἰ μὴ ἀφικοίμεθα, ἔπειτα δὲ καί, εἰ δείξαντες τὴν δύναμιν δι' ὀλίγου ἀπέλθοιμεν.*

In utroque membro opt. aor. invenitur: I, 77, 6 *ὑμεῖς γ' ἂν οὖν, εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν εὔνοιαν . . μεταβάλοιτε.* II, 63, 3. IV, 61, 7. V, 97. VI, 10, 4. 11, 4 fin. 34, 8. 78, 3. Variata structura exstat VI, 34, 5 *εἰ δ' αὖ τῷ ταχυναυτοῦντι ἁθροωτέρῳ κουφίσαντες προςβάλοιεν, εἰ μὲν κώπαις χρήσαιντο, ἐπιθοίμεθ' ἂν κεκμηκόσιν, εἰ δὲ μὴ δοκοίη, ἔ σ τ ι καὶ ὑποχωρῆσαι ἡμῖν ἐς Τάραντα*: indicativus *ἔστι*, quod etiam praeter appositam condicionem utique iis Tarentum se recipere licet.

ββ) in oratione obliqua

quae pendet a praes. enuntiati liberi IV, 10, 5 *ἀξιῶ ὑμᾶς . . ἐπισταμένους ἐμπειρίᾳ τὴν ναυτικὴν ἐπ' ἄλλους ἀπόβασιν, ὅτι εἴ τις ὑπομένοι καὶ μὴ φόβῳ . . ὑποχωροίη, οὐκ ἄν ποτε βιάζοιτο, . . μεῖναι.*

quae pendet a tempore historico: apodosis interrogationem obliquam continet VI, 35, 1 *ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν. . . . εἰ καὶ ἔλθοιεν, τί ἂν δράσειαν αὐτοὺς ὅ τι οὐκ ἂν μεῖζον ἀντιπάθοιεν.* — *ὅτι* praecedit VI, 19, 2 *γνοὺς ὅτι . . παρασκευῆς . . πλήθει, εἰ πολλὴν ἐπιτάξειε, τάχ' ἂν μεταστήσειεν αὐτούς, . . ἔλεγε.* — *ὡς* 52, 1 *ἐςηγγέλλετο δὲ αὐτοῖς . . ὡς, εἰ ἔλθοιεν, προςχωροῖεν ἄν.*

Ubi *ὅτι* vel *ὡς* non adhibetur, apodoseos optativus in infinitivum mutatur vel in participium, *ἄν* retinetur:

enuntiatio condicionalis pendet a praes.:

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. inf. praes. exstat I, 10, 2 *Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη λειφθείη δὲ τὰ ἱερά . ., πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως . . τοῖς ἔπειτα . . εἶναι.* Sim. IV, 86, 4. — post coni. aor. et deinde ind. praes. I, 140, 4 *μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προύχονται, εἰ καθαιρεθείη, μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον.*

εἰ c. opt. et aor. et praes., *ἄν* c. inf. aor. VI, 37, 2 *μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν, εἰ πόλιν ἑτέραν τοσαύτην . . ἔλθοιεν ἔχοντες καὶ ὅμορον οἰκήσαντες τὸν πόλεμον ποιοῖντο, οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι.*

in utroque membro aoristus invenitur I, 120, 2 *προςδέχεσθαι δέ ποτε, εἰ τὰ κάτω προοῖντο, κἂν μέχρι σφῶν τὸ δεινὸν προελθεῖν.* III, 30, 3. VI, 11, 2.

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. part. aor. VI, 34, 6 *ἡγοῦμαι . . αὐτοὺς . . καταλῦσαι ἂν τὸν πλοῦν, ἄλλως τε καὶ τοῦ ἐμπειροτάτου τῶν στρατηγῶν, ὡς ἐγὼ ἀκούω, ἄκοντος ἡγουμένου καὶ ἀσμένου ἂν πρόφασιν λαβόντος, εἴ τι ἀξιόχρεων ἀφ' ἡμῶν ὀφθείη.*

enuntiatio condicionalis pendet a tempore historico:

εἰ c. opt. praes., *ἄν* c. inf. praes. invenitur: I, 57, 5 *νομίζων, εἰ ξύμμαχα ταῦτα ἔχοι . . ., ῥᾷον ἂν τὸν πόλεμον . . ποιεῖσθαι.* IV, 31, 2 *ὃ ἐνόμιζον σφίσιν ὠφέλιμον ἂν εἶναι, εἰ καταλαμβάνοι ἀναχώρησις βιαιοτέρα.*

εἰ c. opt. praes., *ἄν* c. inf. aor.: IV, 117, 1 *νομίσαντες . . εἰ καλῶς σφίσιν ἔχοι κἂν* (codd. *καί*) *ξυμβῆναι τὰ πλείω.* VI, 24, 1 *νομίζων . . εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι, μάλιστ' ἂν* (codd. *μάλιστα*) *οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι.*[25]) VII, 6. 4. VIII, 47, 1.

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. inf. praes.: V, 32, 3 *εἰ σφίσι προσγένοιτο, νομίζοντες ἅπασαν ἂν ἔχειν Πελοπόννησον.* VI, 28, 2. VIII, 71, 1 (*οὐκ ἂν ἡσυχάζειν* cod. Mosqu., unus Mon. codexque Mus. Brit.: alii *ἡσυχάζειν*)[26]).

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. inf. aor.: I, 136, 4 *ἐκεῖνον δ' ἄν, εἰ ἐκδοίη αὐτόν, . . σωτηρίας ἂν τῆς ψυχῆς ἀποστερῆσαι.* II, 80, 8.[26]) 81, 5. IV, 69, 1. V, 8, 3 et 4. 39, 2. VIII, 25, 5.[26]) 81, 3 fin.

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. part. praes.: I, 90, 2 *ἠξίουν τε αὐτοὺς μὴ τειχίζειν . . ὡς τοῦ βαρβάρου, εἰ αὖθις ἐπέλθοι, οὐκ ἂν ἔχοντος ἀπὸ ἐχυροῦ ποθεν ὁρμᾶσθαι.*

εἰ c. opt. et praes. et aor., *ἄν* c. part. aor.: *VI, 64, 1 *εἰδότες οὐκ ἂν ὁμοίως δυνηθέντες,* [*καὶ*] *εἰ ἐκ τῶν νεῶν πρὸς παρεσκευασμένους ἐκβιβάζοιεν ἢ κατὰ γῆν ἰόντες γνωσθεῖεν*: cf. Stahlii annot.

εἰ c. opt. aor., *ἄν* c. part. aor. VII, 42, 4 *ὁρῶν τὸ παρατείχισμα . . ἁπλοῦν ὂν καί, εἰ κρατήσειέ τις τῶν τε Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβάσεως καὶ αὖθις τοῦ ἐν αὐταῖς στρατοπέδου, ῥᾳδίως ἂν αὐτὸ ληφθέν, . . ἠπείγετο ἐπιθέσθαι.*

β) indicativus imperfecti cum *ἄν* particula:

I, 143, 1 *εἴ τε καὶ κινήσαντες τῶν Ὀλυμπίασιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων. μισθῷ μείζονι πειρῷντο ἡμῶν ὑπολαβεῖν τοὺς ξένους τῶν ναυτῶν, μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν ἀντιπάλων ἐσβάντων αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων, δεινὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ τόδε τε ὑπάρχει καί, ὅπερ κράτιστον, κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς.* Quare hic Thucyd. in apodosi non scripserit *δεινὸν ἂν εἴη*, luculentissime ostendunt verba *μὴ ὄντων — μετοίκων* condicionis irrealis quae vocatur loco posita = *εἰ μὴ ἦμεν ἡμεῖς ἀντιπάλοι κ. τ. λ.* (opposita sunt verba *νῦν δὲ τόδε τε ὑπάρχει — Ἑλλάς*, quae verum rerum statum indicant): quoniam illa proxime antecedunt, apodosis quoque modum irrealem qui vocatur recepit. Duae igitur structurae hic quodammodo mixtae inter sese sunt: cf. Xen. Cyr. II, 1, 9. Lys. 10, 8.

γ) indicativus praes. vel futuri:

Haec structura ab ea, ubi in apodosi *ἄν* c. opt. adhibetur, ita differt, ut indicativo apodoseos sententia multo firmius certiusque pronuntietur: nam transitur quodammodo ab subiectiva ad obiectivam dicendi rationem.

I, 120, 3 *ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν.* 121, 4 *μιᾷ τε νίκῃ . . κατὰ τὸ εἰκὸς ἁλίσκονται· εἰ δ' ἀντίσχοιεν, μελετήσομεν καὶ ἡμεῖς ἐν πλέονι χρόνῳ τὰ ναυτικά.* II, 39, 4 Pericles, postquam exposuit Athenienses, quamvis ab hostibus multum differrent et publicis et privatis moribus institutisque, nihilo hostibus inferiores esse in belli periculis subeundis, pergit *καίτοι εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρίας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέροις τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι*: Krügerus, Böhmius, Classenius ex codd. Laur. Vind. *ἐθέλομεν* receperunt: cf. Class. ann.: „Das freudige bekenntnis zu dieser gesinnung verlangt notwendig *εἰ . . ἐθέλομεν*“, et Böhmii: „Es ist dem zusammenhange und selbst dem vorteile des redners zuwider, das schon vorher als thatsächlich ausgesprochene nun wieder in die sphäre

---

[25]) Cf. Stahlii annot. ad IV, 117, 1 et quaest. gr. p. 6 de *ἄν* in codd. omisso. cui de plerisque assentitur Böhmius in praef. ed. min. alterius Lips. 1875 p. V—VI.

[26]) Cf. de *ἄν* c. inf. fut. falso in codd. tradito Stahl. quaest. gr. p. 10, cui assentitur Böhmius l. l.

der blossen möglichkeit zu versetzen." Sed haud scio an nimium illi viri docti isti structurae tribuerint: mihi enim, ut Popponi, nihil nisi modestior urbaniorque dicendi ratio pro graviore indicativo videtur esse. Nec praeterea semper, quae scriptura simplicior faciliorque est ad explicandum, ea pro rectiore est habenda. Accedit quod vix quisquam ostendet, qua de causa factum sit, ut, si indicativus a Thucyd. ipso positus esset, haec structura simplicissima a librariis in optativum, qui, ut omnibus hisce, de quibus iam agimus, locis, profecto paulo insolentior est, mutaretur, cum e contrario facillimum sit ad perspiciendum, quare difficilior ille optativus a Laur. Vind. librariis in simpliciorem indicativum sit mutatus. Ac, quod maximi momenti est ad tuendum optativum, praeterquam quod omnes fere — etiam optimi — codices optativum praebent, etiam Dionys. Hal. *περὶ Θουκυδ. ἰδιωμάτων* c. XII p. 801 propter hunc ipsum optativi usum hunc locum affert et haec verba adicit: *ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν „ἐθέλοιμεν" ῥῆμα τοῦ μέλλοντός ἐστι χρόνου δηλωτικόν· τὸ δὲ „περιγίνεται" τοῦ παρόντος. ἀκόλουθον δ' ἂν ἦν, εἰ συνέζευξε τῷ „ἐθέλοιμεν" τὸ „περιέσται."* Quae cum ita sint, merito videtur Poppo optativum et codicum optimorum ac fere omnium consensu et gravissimo Dionysii testimonio munitum defendisse. — III, 9, 2 *καὶ οὐκ ἄδικος αὕτη ἡ ἀξίωσίς* (sc. *τοὺς ἀφισταμένους εἶναι προδότας τῶν πρὸ τοῦ φίλων*) *ἐστιν, εἰ τύχοιεν πρὸς ἀλλήλους οἵ τε ἀφιστάμενοι καὶ ἀφ' ὧν διακρίνοιντο ἴσοι μὲν τῇ γνώμῃ ὄντες καὶ εὐνοίᾳ, ἀντίπαλοι δὲ τῇ παρασκευῇ καὶ δυνάμει, πρόφασίς τε ἐπιεικὴς μηδεμία ὑπάρχοι τῆς ἀποστάσεως.* Quae exempli ficti ratio quomodo differat ab eiusdem § verbis rem veram designantibus *μηδέ τῳ χείρους δόξωμεν εἶναι, εἰ ἐν τῇ εἰρήνῃ τιμώμενοι ὑπ' αὐτῶν ἐν τοῖς δεινοῖς ἀφιστάμεθα*, unusquisque videt. Multo fortius autem *ἐστίν* illud sonat quam *ἂν εἴη* sonaret: „und (in der that) ist jene beurteilung nicht ungerecht, gesetzt den fall, dass u. s. w." — 44, 2 *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον, ἤν τε καὶ ἔχοντάς τι ξυγγνώμης, ἐᾶν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.* IV, 59, 3 *αὐτὰ δὲ ταῦτα εἰ μὴ ἐν καιρῷ τύχοιεν ἑκάτεροι πράσσοντες, αἱ παραινέσεις τῶν ξυναλλαγῶν ὠφέλιμοι* (sc. *εἰσίν*). VI, 34, 5 *εἰ δὲ μὴ δοκοίη, ἔστι καὶ ὑποχωρῆσαι ἡμῖν ἐς Τάραντα* (cf. pag. 21). 86, 3 *ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοὶ μὴ μεθ' ὑμῶν* (sc. *ἐσμέν*), *εἴ τε καὶ γενόμενοι κακοὶ κατεργασαίμεθα, ἀδύνατοι κατασχεῖν.*

Participium pro indicativo exstat III, 10, 1 *τοὺς λόγους ποιησόμεθα εἰδότες οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδέν, εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο καὶ τἆλλα ὁμοιότροποι εἶεν.* Similiter infin. VI, 33, 2: *Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' ἡμᾶς . . πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται . . . Σικελίας ἐπιθυμίᾳ, μάλιστα δὲ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἡγούμενοι, εἰ ταύτην σχοῖεν, ῥᾳδίως καὶ τἆλλα ἕξειν.* 37, 1 *εἰ δὲ δή, ὥσπερ λέγονται, ἔλθοιεν, ἱκανωτέραν ἡγοῦμαι Σικελίαν . . διαπολεμῆσαι . ., τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν αὐτὴν τῆς νῦν στρατιᾶς . . ἐπιούσης, καὶ εἰ δὶς τοσαύτη ἔλθοι, πολὺ κρείσσω εἶναι.*

δ) indicativus imperfecti:

IV, 131, 1 *ἱδρύθησαν ἐπὶ λόφου καρτεροῦ πρὸ τῆς πόλεως, ὃν εἰ μὴ ἕλοιεν οἱ ἐναντίοι, οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις.* Transitus hic quoque fit ab subiectiva, ut ita dicam, ad obiectivam dicendi rationem: si enim Scionaeorum cogitatio oratione recta plene exprimeretur, haec foret: *εἰ μὴ ἕλοιεν τὸν λόφον οἱ ἐναντίοι, οὐκ ἂν γίγνοιτο ἡμῶν περιτείχισις.* Scriptor autem ita ab incepta structura deflexit, ut priorem quidem partem cogitationis Scionaeorum exprimeret, deinde non diceret *οὐκ ἂν γίγνεσθαι σφῶν περιτείχισιν*, sed obiectiva dicendi forma usus pergeret *οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις*, quae rerum tantum conexum, non Scionaeorum cogitationem respiciunt. Similiter VII, 6, 1 *ἤδη γὰρ καὶ ὅσον οὐ παρεληλύθει τὴν τῶν Ἀθηναίων τοῦ τείχους τελευτὴν ἡ ἐκείνων*

τείχισις, καὶ εἰ παρέλθοι, ταὐτὸν ἤδη ἐποίει αὐτοῖς νικᾶν τε μαχομένοις διὰ παντὸς καὶ μηδὲ μάχεσθαι

b) in enuntiatis cohaerentibus cum sententia condicionali optativo expressa.

Ubi alicuius circuitus sententia primaria merae cogitationis notionem continet, eae quoque sententiae quae aliquam sententiae primariae particulam accuratius circumscribunt, quoniam aeque ac illa a rerum veritate (realitate) aliena sunt atque ex mera subiecti cogitatione proficiscuntur, merae cogitationis optativum assumunt, sicut apud Thucydidem

α) enuntiata relativa:

III, 9, 2 (cf. pag. 23) *οὐκ ἄδικος αὕτη ἡ ἀξίωσίς ἐστιν, εἰ τύχοιεν πρὸς ἀλλήλους οἵ τε ἀφιστάμενοι καὶ ἀφ' ὧν διακρίνοιντο ἴσοι . . τῇ γνώμῃ ὄντες καὶ εὐνοίᾳ.* VI, 91, 6 *βεβαιότατα δ' ἄν τις οὕτω τοὺς πολεμίους βλάπτοι, εἰ, ἃ μάλιστα δεδιότας αὐτοὺς αἰσθάνοιτο, ταῦτα σαφῶς πυνθανόμενος ἐπιφέροι.*

β) interrogatio obliqua:

VI, 34, 5 *εἰ δ' αὖ τῷ ταχυναυτοῦντι ἀθροωτέρῳ κουφίσαντες προςβάλοιεν, εἰ μὲν κώπαις χρήσαιντο, ἐπιθοίμεθ' ἂν κεκμηκόσιν, εἰ δὲ μὴ δοκοίη, ἔστι καὶ ὑποχωρῆσαι ἡμῖν ἐς Τάραντα, οἱ δὲ . . ἢ μένοντες πολιορκοῖντο ἂν ἢ πειρώμενοι παραπλεῖν τήν τε ἄλλην παρασκευὴν ἀπολίποιεν ἂν καὶ τὰ τῶν πόλεων οὐκ ἂν βέβαια ἔχοντες, εἰ ὑποδέξοιντο, ἀθυμοῖεν*: si interrogatio extra illius circuitus condicionalis, qui meram Hermocratis cogitationem subiectivam continet, fines posita esset et ad rerum veritatem pertineret, procul dubio exstaret *εἰ ὑποδέξονται.*

c) in interrogatione disiunctiva.

IV, 19, 1 Lacedaemoniorum legati de pace cum Atheniensibus agentes dicunt: *Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου, διδόντες μὲν εἰρήνην καὶ ξυμμαχίαν . ., ἀνταιτοῦντες δὲ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας καὶ ἄμεινον ἡγούμενοι ἀμφοτέροις μὴ διακινδυνεύεσθαι, εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν παρατυχούσης τινὸς σωτηρίας εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν.* (*ἂν* ponitur in altero membro, quia praecedit participium *ἐκπολιορκηθέντες* = *εἰ ἐκπολιορκηθεῖεν*). Quantum intersit inter hanc structuram et coniunctivum deliberativum (cf. e. gr. VII, 1, 1 *ἐβουλεύοντο . . εἴτε . . διακινδυνεύσωσιν ἐςπλεῦσαι εἴτε . . . κατὰ γῆν ἔλθωσι.*), in propatulo est: hic enim significat eius, qui deliberat, mentem in alterautra re ad effectum adducenda defixam esse, contra optativus duas simul cogitationes ei obversari, quarum utra effici possit, nec respicitur neque cogitatur omnino de re efficienda: mera cogitatio subiectiva est.

2. *actionem repetitam indicat.*

Cum indicativus ad unam certam vel singulas certas res gestas spectet, optativus ad genus rerum vel actionum praeteritarum significandum usurpatur: generis notionem enim Graeci in earum numero habent, quae in mera cogitatione positae sunt, quod e gr. inde elucet, quod ad neganda omnia ea enuntiata relativa, in quibus generis notio inest, *μή* adhibetur, non *οὐ* [37]) (Ubi de repetitione adhuc exspectanda agitur, *ἂν* c. coni. usurpari supra diximus: cf. pag. 11 sq.) Repetitionis ille optativus reperitur:

[37]) cf. Bäuml. l. l. pag. 285—286.

a) in enuntiatis relativis.

α) opt. praes. adhibetur.

αα) post adiect. rel. ὅς, ὅςτις, ὅσος:

I, 138, 3 ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε (sc. ἦν), ὧν δὲ ἄπειρος εἴη, κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. Sim. I, 5, 2. II, 49, 6. 52, 4. 97, 3 φόρος τε ἐκ πάσης τῆς βαρβάρου καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ὅσον προςῆξαν (de aoristo dubitat Class.) ἐπὶ Σεύθου . ., τετρακοσίων ταλάντων ἀργυρίου μάλιστα δύναμις, ἃ χρυσὸς καὶ ἄργυρος εἴη: optativus hic de quotannis redeuntibus pecuniis usurpatur ut I. 99, 3 τοῖς . . Ἀθηναίοις ηὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης, ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν. Minus bene Krügerus in annot. edit. et Bernhardyus in synt. Gr. p. 406 εἴη vertunt „sein mag", Krügerus collata gr. § 54, 3 annot. 2: sed quae ibi protulit, minime huic loco similia sunt. — VI, 15, 4. 69, 1. VII, 70, 5 et 6. 75, 4. 76. VIII, 56, 4. 66, 1.

ββ) post adv. rel. ὡς, ᾗ, ὅπῃ, οὗ.

I, 22, 3 οἱ παρόντες . . οὐ ταὐτὰ . . ἔλεγον, ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι. 136, 2. II, 4, 1. 79, 6. 100, 5. III, 1, 1. 16, 1. IV, 4, 2 bis. 33, 2. 34, 1. 54, 4. 56, 1. 127, 2.

β) opt. aor. exstat:

αα) post. adiect. rel. ὅς, ὅςτις, ὅσος, ὁπότερος:

I. 50, 1 τὰ σκάφη οὐχ εἷλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν, ἃς καταδύσειαν. II, 51, 1. 67, 4. III, 12, 1. 82, 8. IV, 26, 7. 127, 2. VII, 29, 4 bis. VIII, 14, 1. 68, 1 Ἀντιφῶν ἦν . . ἀνὴρ . . κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ γνοίη, εἰπεῖν: falso multi codd. ἃ ἂν γνοίη praebent, quoniam modus potentialis qui dicitur ad hunc sententiarum conexum nullo modo quadrat: cf. simillima de Themistoclis indole verba supra allata I, 138, 3 ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε (ἦν), ὧν δὲ ἄπειρος εἴη, κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. Ceterum VIII, 68, 1 paucis verbis interpositis iterum optativus generali notione praeditus sequitur τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους . . πλεῖστα εἷς ἀνήρ, ὅςτις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. — 93, 2.

ββ) post adv. rel. ᾗ, ὁπόθεν, ὡς, ὁσάκις:

II, 84, 3 πάσας, ᾗ χωρήσειαν, διέφθειρον: 100, 6. IV, 26, 6. V, 56, 4. VI, 69, 1. VII, 18, 3. 70, 4.

b) in enuntiatis temporalibus.

α) post ὅτε: αα) praes.: III, 97, 3 ὅτε . . ἐπίοι . ., ὑπεχώρουν.

